¶ Descendēdo ad medicinalia videtur mihi q͂ omni anno bis sit purgādus ordinate: semel in autūno: et semel ante mensem Aprilis. In autūno sumat prius hūc syrupum. ℞. epithimi: florum sticados. an̄. ℥. vi. acori: hyssopi: calamēti: origani: hasce: calamē. an̄. ℥. ij. ß. radicis: et semi. peonie. an̄. ℥. ij. anisi piretri. an̄. ℥. i. ß. piperis longi. ℥. i. çinçiberis. ℥. ß. passularum enucleatarū. ℥. ß. bulliāt in aqua sufficiēti vsq3 ad duarum tertiarū cōsumptionem: et in fine coletur et addatur aceti squillitici. ℥. iij. mellis lib. i. ß. et bulliāt quousq3 habeant spissitudinē syrupi: et iterum aromatiçetur cum cinnamomi: çinçibere: pipis nigri: nucis muscate. an̄. ℥. i. ligentur in pāno: et suspēdantur dum bullit in syrupo: et de hoc syrupo sumat. ℥. ij. pro vice cum. ℥. ij. aque feniculi: et. ℥. i. aque maiorane: et hoc fiat sex vicibus. ¶ Sūpto syrupo purgetur die septima cum istis pillulis. ℞. aristologie rotunde: castorei: salis indi siselcos. an̄. ℥. i. trociscorum de squilla: radicis peonie. an̄. ℥. i. ß. ierepigre: sticados: epithimi. an̄. ℥. ij. ß. agarici. ℥. iij. polipodij. ℥. i. ℈. ij. colloquintide. ℥. i. ℈. ij. turbith. ℥. ß. mirabolanorum nigrorum emblicorum belliricorum. an̄. ℈. ij. ß. lapidis laçuli abluti. xxx. vicibus cum aqua buglosse. ℥. iij. ℈. i. mirabolanorū citrinorum: ellebori nigri: camepitheos: camedreos. an̄. ℥. ij. ɔfice cum oxymelle squillitico: ex his pillulis sumat post dictum syrupum. ℥. i. ß. vel si psenti medico videtur

sumat pillularum cochiarum Almāsoris.ʒ.iiij.⁊ in die qua sumit pharmacum caueat a frigore.¶ Facta purgatione sumat omni mane vsq; ad sex dies oxymellis squllitici.℥.i.syrupi de sticados.℥.ß.aque maiorane et feniculi.ana.℥.i.ß.⁊ iterum purgetur sumēdo ex predictis pillulis.ʒ.i.tm̄.¶ His duabus purgationibus factis omni septimana saltē semel sumat de sero cum vadit dormitum ʒ.i.pillula⁊ de iera Galeni:ɓm descriptionem Nicolai. ⁊ pro tūc leuissime cenet.¶ In diebus in quibus nō sumit pillulas istas ꝯuenit omnibus duobus mensibus,semel purgari cum iera diacolloquintidos posita a Mesue in caplo de epilepsia:⁊ sumat pro vice.ʒ.i.ad plus: et aliquādo.ʒ.ij.¶ Quādo nō sumit dictas purgationes: aut ex paroxismo vel alia causa:faciat fieri loco pillarū de iera Galeni in vice vna vnum clistere hoc modo.℞. asse:hyssopi:absinthy.anā.℥.ß.pulpe colloquintide.ʒ.ij.cētauree minoris.℥.ß.bulliāt in aqua:⁊ coletur ⁊ addatꝰ carthami.℥.i.ß.olei de keruа.ʒ.v.salis.ʒ.ij.fiat clisterꝰ.¶ Et lʒ multis alijs modis purgari possent isti videntur mihi meliores in quibus videꝰ cōsiderādum ꝙ tempore magni frigoris non exhibeantur nisi in firmo prius quibusdam diebus stante in camera calida ⁊ nō egrediēte extra:⁊ similiter in die pharmaci ⁊ die sequēti:in temporibus vo magni caloris non sumat purgationes nisi cum pillulis iere Gal.suprascriptis.¶ In vere circa mediū Marty vel finem purgetur simili modo:sicut dictū est de autūno:nisi ꝙ paucū plus potest de solutiuo exhiberi.Et hec pro solutione sufficiant.

¶ Ultra istas euacuationes que sunt vniuersales:est caput post duas generales veris purgatiōes ⁊ autūni similiter purgādum cum masticatorijs ⁊ gargarismis:itaq; scribam plura:ex qbus eligat magis placita:sed aduertat ꝙ quasi omni die ante prādium istis vtaꝰ.¶ Masticatorium vsuale. ℞.piretri.ʒ.i.masticis.ʒ.i.ß.pulegy origani.anā.ʒ.ij.pistentur hec oīa bene ⁊ fiant sacculi de pāno lineo ad quātitatem auellane:⁊ impleātur dicto puluere ⁊ bene suantur:deinde omni mane masticeꝰ vnus per horam mediam spuendo flegma ad os descendens. ¶ Aliud. ℞.piretri.ʒ.i.sinapis.ʒ.i.ß.stafisagrie.ʒ.iij.salis aromatici.ʒ.ß.masticis cere.anā.ʒ.ij.dissoluantur mastix ⁊ cera ad ignem:⁊ cū eis incorporētur p̄dicta:⁊ fiāt forme ad magnitudinē auellane ⁊ masticeꝰ omni mane vna per quartā partem hore.¶ Qñq; cōuenit gargarisma ⁊ bonū ⁊ vsuale est hoc.℞.sinapis.℥.i.aceti fortissimi.lib.i.aceti squillitici.℥.iij.bulliāt simul per quartam partē hore.Deinde cum illo fiat gargarizatio:⁊ hoc quādo non masticat ⁊ plus mūdificat caput ꝙ̄ masticatio.

¶ Quia vo p̄ter euacuationē oportet ꝯfortare cerebrū ⁊ digestiuam:ideo puto oīno sibi ꝯuenire:ꝙ quādo non purgaꝰ cum aliqua medicina sumat mane tēporibus frigidis:⁊ p̄cipue factis dictis purgatiōibus maioribus aliquod de dictis electuarijs.¶ Itē vtatur in tēpore hyemis odoramēto facto ex ambra ⁊ musco ⁊ rosis ⁊ mace ⁊ gariofil.⁊ ponaꝰ triplum omniū de cortice citri.¶ Et in tēpore estatis odoretrosas ⁊ poma odorifera ⁊ mellissam ⁊ mellilotum ⁊ folia myrti.¶ Item cum cibis semper ponat ad bulliēdū plures ducatos aureos nouos:aurum in alia forma purū:⁊ portet in manibus hyacintū ligatū in anulo.¶ Et quia ex infinitis sibi conferentibus indicio meo oībus cōpensatis elegi meliora non volo cum multitudine rerum effectū cōfundere:sed facio dicēdi finē:cum p̄mū illos ad quos ptinet amsanero ꝙ in rebus medicinalibus administrādis ꝯsulant medicū presentem bone conscientie:⁊ ostendant sibi consilium. Et hec puto cum dei laude sibi sufficere.

¶ De melācholia non confirmata in venis cerebri quasi vt mortem timeret. Consilium. XIII.

Iste nobilis adolescēs sequenti vere erunt duo anni ꝙ incepit tristari sine causa ⁊ timere ne ꝑpter stipticitatē vētris moreretꝰ:lʒ nō multā vētris stipticitatē pateretꝰ:⁊ ad hoc venit modo ex vna modo ex alia causa mortē timere:⁊ tādem incepit plorare de se:⁊ cū tristitia viuere:adhibito debito regimine cōualuit:⁊ in autūno iterum excitata est fere similis dispositio in tristitia ⁊ timore mortis.Et cum in hyeme tepesceret iterū in vere exacerbata fuit:⁊ sic postea in autūno p̄terito:nec apparet fortis rugitus:nec vomitus:nec malitia appetitus:nec fortis nigredo in corpore: neq; vena⁊ plenitudo:nec restrictio hemoroida⁊:neq; est homo ꝯsuetus cibis de sua ꝓp̄etate melācholiam generātibus:⁊ est frigidi cordis nāliter boni ingeny:etiā in pueritia solliciti study:quieto⁊ morum:macer ⁊ frigidus.¶ Ex qbus oībus concludo ꝙ patiꝰ melācholiam: nō tamē ꝯfirmatā ꝑpter melācholiam nālem abūdantem in venis cerebri cui si cōicat aliqđ mēbrum:maxime est cor frigidū ⁊ siccū existēs.¶ Apparet 2o ꝙ oportet nō negligere eius curam:imo quāto diligētius potest fieri cito succurrere:q2 cura est facilis in principio si diligēs adhibeaꝰ.Et sit infirmus obediens:sed in ꝓcessu fit difficilis:⁊ quādoq; impossibilis.vt patet legēti p̄mam terty.caplo de melia:⁊ p̄mū ꝯtinētis ꝓportionali caplo: ⁊ tertiū de interioribus:⁊ nō confortādo illos ad quos ptinet.vt cum sollicitudine ꝓsequanꝰ:⁊ cum celeritate incipiant dabo cōsiliū.Premonēdo ne confidāt cōualescentia que accidit in hyeme:quoniam postea exiccaꝰ in vere.Et deus det vobis auxilium.

¶ Aer sue habitationis sit clarus subtilis vicinus tēperamēto in caliditate:sed humidus:ita ꝙ in tēporibus siccis irroreꝰ camera cū aqua:⁊ habitet potius iferiora ꝙ̄ supiora:sed caueat a grosso ⁊ obscuro ⁊ fetido ⁊ semp habeat lumē:ēt de nocte ⁊ nō ꝯuerseꝰ solus:⁊ caueat vehemētiā frigoris ⁊ nimiū caloris excessū:⁊ si ponanꝰ odores pomo⁊ ⁊ corticū citri:⁊ flo⁊ delectabiliū erit vtiliꝰ.

¶ Exerciteꝰ mane ieiuno stōcho exercitio ambulādi per loca delectabilia:iuxta ripias fluuio⁊ cū delectabili societate in quo exercitio habeat diuersa diuerticula regescendi ⁊ vidēdi loca diuersa ⁊ amena:nō tñ ita exerceaꝰ ꝙ multū laboret:sʒ oīmodā getē ⁊ loca solitaria ⁊ obscura penitꝰ fugiat:⁊ breuiter ita ꝓuideatur vt semp sit quodāmodo in negocio:aut ambulādi:aut aliciꝰ ludi honesti:aut cōferēdi cum amicis:aut ordinādi viridaria vel structuras domo⁊ vel oīno aliqđ faciēdi:in quo tñ faciēdo nō sit nimius labor corporis neciꝰ:neq; multa cogitatio:nec semp vno modo exercity teneaꝰ:sed varienꝰ.

¶ Prouideat cū omni diligētia ꝙ bñ dormiat in camera tempati aeris ad humiditatē tendētis:sed nō frigidi: ⁊ sit in camera ꝯtinue lumen satis magnū:⁊ ipse bene sociatus cū ꝑsonis sibi dilectis:⁊ dormiat capite eleuato: corpe bñ coopto:incipiēdo somnū vna hora cum dimidia post cibum:⁊ dormiat vsq; ad octo horas in die nāli ad minus:⁊ si pōt sit somnus in nocte:aut in mane ante tertias:⁊ si nō sufficiēter dormit in nocte dormiat etiam in meridie.Et si ꝯtingat ipsū incipe vigilare ⁊ nō bene dormire si est ꝑpter causam manifestā remoueaꝰ causa.Si vo non cum cibis ⁊ potibus ⁊ balneo ⁊ lauandis ⁊ odoramētis ⁊ vnctionibus ꝓuideatur ita vt dormiat:et ego inferius describā plura somnifera ad predictas intentiones:⁊ hoc nullo modo negligatur:⁊ ab ipso diligēter perquiratur.¶ Et iam est adhibenda diligētia maxime

xime in alijs tpib⁹ plus q̃ in hyeme ꝙ omni die habeat bñficiũ ventris: ꝛ si nõ cum alio iuuet̃ cũ clisteri in quo ponat̃ ierapigra: aut bibat in mane aquã in qua decocta sint absinthij romani. ℥. ij. aut sumat quãtitatẽ ciceris d̃ aloe rubeo vna hora ante cibũ: aut cum alijs medicinis leuibus: de quibus dicemus infra. ¶ In cibis võ dꝫ cauere a reb⁹ acutis: sicut synapis ꝛ çinçiber ꝛ piper ꝛ allia ꝛ cepe ꝛ porri ꝛ vina valde potentia antiqua ꝛ a sale ꝛ a rebus vehemẽter salitis: ꝛ a rebus acribus vehementis acetositatis: ꝛ a rebus ponticis. Et sit cõtentus dulcibus nõ vehemẽtis dulcedinis ꝛ insipido ꝛ vnctuoso. Et similiter dꝫ cauere a rebus grossi nutrimenti: ꝛ a rebus ventosis ꝛ difficilis digestionis quare particulariter sumendi sunt cibi quos dicã statim. ¶ Sit eius panis ex optia farina minuti ꝛ albi frumẽti mundi a rebus extraneis: ꝛ maxime a lolio anni sui: ꝛ bñ mũda a furfure ꝯfect⁹ cũ aqua pluuiali vel currẽte bñ pistus bñ fermẽtat⁹: ꝛ sufficienter decoct⁹ inter p̃mã ꝛ tertiã diẽ: ꝛ nõ comedat̃ calidus: sic a furno portat̃: ꝛ sit sine sale. Reliquos aũt panes sicut opirũ ꝛ azimũ: vel ex maculato fermẽto: vel ex milio: aut ex alijs granis penit⁹ dimittat. ¶ Carnes eius debẽt esse humide ꝛ facilis digõnis sub talis nutrimẽti: sicut pulloꝝ: ꝛ auiculaꝝ degentiũ in arboribus: ꝛ agnoꝝ: ꝛ castratoꝝ annualiũ: ꝛ vituloꝝ lactantium paruoꝝ. Et dimittãt̃ oẽs carnes veteres cuiuscũq; generis: ꝛ oẽs carnes multũ grossi nutrimẽti: sicut iuuẽcoꝝ ꝛ hircoꝝ ꝛ porcorũ ꝛ oẽs carnes syluestres maxime leporis caprioli ꝛ cerui. Sed fasiana femina ꝛ iuuenis ꝛ ꝑdicis iuuenis ꝗsquille iuuẽcule: ꝑsertĩ si habeãt satis d̃ pinguedine pñt tolerari. Et silr̃ dimittant̃ oẽs carnes multũ calide: sicut precipue caro anatis: ꝛ postea caro anseris ꝛ caro colũbi: ꝛ dimittant̃ merlus: ꝛ similes ꝑꝑ grossitiẽ sui nutrimẽti. Turtures aũt iuuencule: ꝛ mediocriter pingues cõcedunt̃: ꝛ silr̃ dimittant̃ epata: ꝛ oĩa interiora excepto epate pulli: ꝛ melius est vt comedantur elixate ꝛ assate sunt meliores frixis. ¶ De piscibus sunt ei cõuenientes pisces boni odoris ꝛ boni saporis hñtes carnes frangibiles: et debent hẽre has cõditiones. Prima ꝙ habeãt squamas: ꝑpter cui⁹ defectũ dꝫ fugere anguillas ꝛ murenas: ꝛ lampredas: ꝛ pallamitas: ꝛ pasceres: ꝛ tũnos: ꝛ sturiones: ꝛ similes. Scd̃a cõditio ꝙ sint parui ꝑpter defectũ dimittãtur magne tenche: ꝛ magni lucij vel carpane ꝛ siles. Tertia cõditio ꝙ sint de libero mari: aut de fluuio currente: sed nõ de stagno: neq; de vallib⁹. De lacu võ nõ sunt ita boni: sed vbi habuerit inter currentẽ fluuiũ: ꝛ fundũ nõ cenosũ tolerant̃. Quare põt sumere de aqua dulci thimalos strigias varones auallanas agones lucios ꝛ etiã trutas: tenche aũt ꝛ carpane ꝛ ꝑsici vtplurimũ: ꝛ scardue ꝛ tygrij: melius est ꝙ dimittãtur ꝛ comedant̃ elixi cum aqua ꝛ vino ꝛ aliquantulo aceti. Sed de mari meliores sunt barbones qui alias vocant̃ trilie ꝛ aurate ꝛ varioli ꝛ menule ꝛ sardões ꝛ aghioe ꝛ cephali ꝛ rumbi ꝛ corui ꝛ spinole ꝛ similes: nisi capiant̃ in sterquilineis ciuitatum. Cancri gambri ꝛ oẽ genus ostracoꝝ: sicut cõche: ꝛ cappe: ꝛ vmbelici penitus dimittant̃. ¶ Omne genus fungoꝝ ꝛ tubeꝝ est penit⁹ dimittẽdũ. ¶ De granis võ ꝯueniũt far ꝛ ordeũ bene cocta: ꝛ riçum tolerat̃ si sit bene coctũ cũ bonis carnibus pinguib⁹: ꝛ aliter nõ. Sꝫ cicera ꝛ fabe ꝛ fasioli ꝛ pisa ꝛ cicercule ꝛ robillia siue sicca siue recentia dimittant̃: ꝛ silr̃ miliũ ꝛ panicũ: ꝛ sup omnia lentes. ¶ Caseum melius est oĩno dimittere: sed si comedat̃ sit pinguis ꝛ recens cũ pauco sale: ꝛ in pauca quãtitate. reliq aũt penitus dimittãtur. ¶ De herbis in tpe estatis cõuenit endiuia ꝛ cicorea: ꝛ qñ nõ bene dormit lactuca. Et oĩ tempore estatis ꝯuenit vti boragine buglossa spinachijs cucurbita: ꝛ tenello feniculo: ꝛ folijs rapunculoꝝ ꝛ melissa siue citronella: sed apium ꝛ petrosilinũ ꝛ macedonicum dimittat ꝑꝑ ꝓuocationẽ ꝛ maiorana ꝛ sisimbriũ ꝛ menthã ꝛ serpillũ ꝛ mẽthastrũ ꝛ origanũ: quia ꝑticipãt acuitate ꝛ oẽs herbas amaras debꝫ dimittere ꝛ caules ꝛ cappucios ꝛ bletas: q2 ex eis generat̃ melancholicus humor: ꝛ erucã: q2 corrũpit sanguinẽ: ꝛ synapiũ ꝛ nasturtiũ ꝑꝑ cãs prius dictas: ꝛ silr̃ dimittat tallos plantoꝝ: sicut teneritates vitiũ: ꝛ sparagos: ꝛ talia que aliqñ comedũt̃. ¶ Radices ꝗbus vtimur in cibis debent dimitti: sicut radix petrosilini: ꝛ pastinaca: ꝛ daucus: ꝛ carotũ: q2 ꝓuocant vrinã: ꝛ acuẽdo subtile: ꝛ dimittẽdo grossũ: ꝛ rape: ꝛ napones: q2 sunt grossi nutrimẽti: ꝛ raffani ꝑꝑ cãm superius dictã: ꝛ simplr̃ allia ꝛ porri ꝛ omne genus cepaꝝ. ¶ De fructibus cõcedunt̃ ei vue recentes bñ mature: ꝛ passule: ꝛ cerasia: ꝛ pruna: nõ tñ in multa quãtitate: ꝛ poma cocta: ꝛ pira post alios cibos: ꝛ granata dulcia: ꝛ citonia ꝯfecta: ꝛ persica sicca ꝛ humida: sed ficus sicce denegant̃ ei: ꝛ nespilla: ꝛ sorba: ꝛ corna: ꝛ castanee: sed auellane: ꝛ amigdale ꝛ fistici tolerant̃: ꝛ similiter grana pini: et melones nõ in multa quãtitate: ꝛ medulle citrulli: ꝛ angurie nõ multũ excedentes in quãtitate: ꝛ cucurbite decocte cũ bonis carnibus in estate: ꝛ dimittant̃ oĩno melorigene. ¶ Vitelli aũt ouoꝝ gallinaꝝ: ꝛ etiã ouũ totum dum sunt recẽtes ꝛ tremuli cõcedunt̃ ei: imo cõueniunt: sed multũ cocta qualr̃cũq; denegantur. ¶ Victualia de pasta si sint fermẽtata ꝛ liquida: sicut fermẽtini: ꝛ similes cõcedunt̃ aliquãdo: sed nõ in ea quãtitate ꝙ faciant cadere in oppilatiões: sed macharoni ꝛ gnochi ꝛ lagane grosse ꝛ artoclee dimittãtur ꝛ similia. ¶ Et oĩno diligentissimũ adhibeat studiũ. primo in comedendo res humidas. secũdo ꝙ sint facilis digõnis. tertio ꝙ sint in quãtitate qua bñ digerãtur. nã qñ sentiret corrũpi cibũ in stomacho dꝫ subito vomere: ꝛ nullo mõ retinere: ꝙ si h̃ nõ est ei possibile dormiat: ꝛ quiescat bñ cooptus donec sentiat stomachũ vacuũ: ꝛ tũc premisso clisteri lenitiuo sumat cibũ. ꝛ quarta ꝯditio est ꝙ nõ sumat scd̃m cibũ nisi digesto primo. ꝛ ꝗnto ꝙ sumat in tanta quãtitate ꝙ non sentiat in stomacho grauitatẽ: neq; eructuationẽ. Et vltimo ꝙ sint tãte quãtitatis: ꝛ talis qualitatis ꝙ sufficiãt ad ipm impinguãdũ. ¶ Potus aũt ei⁹ dꝫ eẽ vinũ albũ claꝝ medie vinositatis ꝑmixtũ aliqualr̃ cũ aqua cocta: ꝛ potet sufficiẽter: caueat tñ a sup̃fluitate: vina võ grossa ꝛ nigra turbida: ꝛ mustũ nõ bñ purificatũ: ꝛ vina multũ potẽtia dimittat penit⁹. ¶ In accidẽtib⁹ aĩe est diligentissime ꝓuidẽdũ ne oĩo tristet̃: aut irascat̃: aut ꝓfundet se in cogitatiõe: aut aliquẽ habeat timorẽ aut odiũ: sꝫ sit diligẽtissimũ studiũ in dãdo sibi alacritatẽ ꝛ bonã spẽ: ꝛ ꝑmutãdo cogitatões suas quadã die ad vnã rem delectabilẽ ꝛ honestã. Alia die ad aliã: ꝛ hoc aut videndo diuersa ornamẽta pulchra vel iocularoria: aut audiẽdo sonos ꝛ cantilenas: aut in legẽdo aliquid nõ difficile: sꝫ vel hystoriã: vel aliã rẽ sibi carã: vl̃ odorãdo vel ordinãdo sibi vestes vel aptãdo domos: ꝛ viridaria: ꝛ possessiões: ꝛ alijs modis silibus. A venere aũt cauẽdum est nisi qñ ita stimularet̃: vt neq; bñ dormiret: neq; molestiã tolerare posset. Et hec de regimine.

Sed descẽdendo ad medicinalia sunt quatuor ꝑncipales intẽtões. Pria est humectãdi cerebrũ ꝛ totũ corpus. Scd̃a est digerẽdi mãm melancholicã existẽtẽ in venis cerebri ꝛ in corde: ꝛ fortassis in toto. Tertia est euacuãdi quoquo mõ dictã mãm. Quarta est faciẽdi gaudium ꝛ letitiam ꝛ cõfortãdi cor ꝛ cerebrũ vt sint potẽtia multiplicare spũm clarũ. Et ego distinguam regimina: maxime ꝯsiderãdo ꝙ hec melia aut est ꝑpter materiã

in cerebro ꝓpe: ⁊ venis eius inuētam. aut cū cōitate cordis. Nō enim audiui signa cōitatis alterius membri.

¶ Et q̄ regimen positū totum vertit̄ ad humectādū solum duo hic addā medicinalia pro p̄ma intētione. s. pro corporis humectatione. ¶ Primū est q̄ omni mane anteq̄ surgat a lecto faciat se fricari cū mātilibus lenibus totū corpus de parte in partē: ⁊ caueat a fricatione aspera ⁊ dura. ¶ Scdm̄ est q̄ omni mane anteq̄ prandeat ingrediatur tinam: aut semicupium plenū aqua dulci tepida: ⁊ ibi sedeat in aqua vsq̄ ad vnā horā: ita vt nō nimiū calefiat neq̄ aliquo modo infrigidet̄: sed sit aqua ex toto delectabilis caloris: ⁊ faciat eādē aquā effundi sup̄ caput. Et si videret̄ q̄ nimiū vigilasset: ⁊ oculi essent ꝯcaui faciat cum illa bulliri plura capita: ⁊ pedes agnoꝝ quousq̄ sint biscocta: ⁊ in isto balneet̄ tepida: ⁊ dū sedet in ea sepe ⁊ pluries sup̄ caput effundat̄. Et si p̄seueraret instātia vigiliaꝝ cum p̄dictis rebus addat̄ ad bulliēdū lactuce lib. iij. capitū papaueris albi numero quadraginta: violaꝝ lib. i. floꝝ camomille ⁊ anheti. an̄. li. i. ß. Et ista sufficiūt ad ꝓuocādū somnū: ⁊ in casu necessitatis ꝓpter nimiā vigiliā intret iteꝝ balneū de sero. Cum aūt a balneo egredit̄ faciat sibi siccari caput cum lenibus mātilibus tepidis: ⁊ nō multū calidis: ⁊ quiescat in lecto tēperate caliditatis quousq̄ exiccauerit corpus: ⁊ pausauerit.

¶ Quātum ad scd̄am intētionē debet cōsiderare q̄ regimen suprascriptū: ⁊ silr̄ medicine humectatiue suprascripte maxime valēt ad digerēdam mām melicā plus q̄ possint valere aliqui syrupi. Sed tn̄ q̄ euacuatio est facienda in p̄ncipio veris vel parum ante debet incipe circa vigesimā diem februarij capere hūc syrupum. ℞. syrupi de bisantijs. ℥. i. mellis rosati colati syrupi de sticados. an̄. ℥. ß. aque buglosse: aque mellis. an̄. ℥. i. ß. et est pro vna vice: sumatur. vi. vicibus in aurora.

¶ Quātum ad tertiā intētionem que est intētio euacuādi oportet q̄ aliqs medicus ꝓspiciat corporis habitudinē ⁊ p̄cipue venarū. Et si viderit venas valde plenas faciat flobothomari eum de vena cōi extrahēdo quātitatē sanguinis s̄m q̄ ei videt̄ cōuenire v̄tuti. Ego tn̄ puto iuxta id qd̄ vidi q̄ nō indigeat flōmia. si tamen appareat exuberātia supradicta fiat in meridie: ⁊ fiat larga: vt grossus sanguis egrediat̄: nec ad vlteriorē flobothomiā ꝓcedat. Maxime tn̄ ꝯsideret̄ si caruit menstruis. nā eo casu flobothomet̄ omnino anteq̄ sumat medicinā p̄ duos dies: ⁊ hoc de saphena vel de ambab⁹ saphenis. iuxta tenorē virtutis. ¶ Si alias medicīas abhorret sumat nūc hāc decoctionem. ℞. folliculoꝝ sene. ʒ. ij. ß. brodij boni caponis sufficiēter pinguis. ℥. viij. ⁊ sic cū sale optime bulliat simul bullitione vna: ⁊ post dimittat̄ p̄ totā noctē: ⁊ mane colet̄: ⁊ det̄ aut cū çuccharo aut sine vt placet: ⁊ detur quādo vult. si non pōt in mane: aut capiat diacitonitem solutiuū in cuius. ℥. i. ß. ponat̄. ʒ. ß. lapidis laçuli subtilissime pulueriçati: ⁊ loti cū alijs sp̄ebus diacitonitē. ¶ Sz siue flobothomia indigeat siue nō postq̄ syrupū sex vicibus sumpserit capiat hanc medicinā. ℞. polipodij epithimi. an̄. ʒ. i. lapidis armeni loti s̄m artē Mesue in capꝛio. ʒ. ß. mirabolanoꝝ kebuloꝝ ⁊ idoꝝ. an̄. gra. xxiiij. sticados. ʒ. ij. salis indi: pulpe collogntide. an̄. ℈. ij. ß. emblicoꝝ belliricoꝝ. an̄. ʒ. ij. ℈. i. ꝯficiant̄ pillule cū oxymelle: ⁊ dent̄ ei de eis. ʒ. i. ß. vna hora ante diem: ⁊ statī post ipsas potet̄ lib. ß. aque lactis caprini. Et oī mense vel saltē oib⁹. xl. dieb⁹ vsq̄ ad mediū Maij purget̄ semel cū dictis pillulis addendo in quātitate vel minuendo s̄m q̄ ex prima vice p̄ceperit eē̄ opportunū: ⁊ sumātur cū custodia debita ⁊ p̄mittēdo lauatiuū cū aqua ordei ⁊ çuccha. ante prādiū p̄ horā aut cū alia medicina descripta.

¶ In temporibus aūt itermedijs sumat omni mane in principio aurore ieiuno stomacho. ʒ. iij. huius trifere: ⁊ si pōt superdormiat. ℞. mirabolanoꝝ kebuloꝝ indorū ⁊ belliricorū. an̄. ℥. i. epithimi optimi. ℥. ij. pulueris ierepigre. ℥. ß. ꝯfice cū melle emblicoꝝ. i. cum melle cocto ⁊ dispumato in decoctione emblicoꝝ: ⁊ si videt̄ q̄ cum vsu istius trifere nimis flueret venter sumat minorē quātitatem pro vice: ⁊ si tederet eā ista capere ꝯtinue dimittat pro aliquibus diebus: ⁊ faciat clisteria: si nō h̄z bn̄ficium ventris. ¶ Et ad hanc intentionē euacuādi conueniunt masticatoria ex mastice ⁊ stafisagria. ¶ Et si contingeret q̄ dictā triferā epithimi abhorreret potest loco eius bibere in mane de aqua lactis caprini circa. ℥. viij. in qua bulliuerit parūper. ℥. ß. epithimi vel paꝝ minus: ⁊ postea colet̄: ⁊ dulcoret̄ cū çuccharo: ⁊ bibatur tepida in mane. Et ad eādē itētionē ꝯfert bibere circa lib. i. de brodio galli vetusti decrepiti cocti cū sale indo ⁊ cū polipodio ⁊ hyssopo ⁊ bletis ⁊ cardamomi. ¶ Iteꝝ. ℞. folliculoꝝ sene lib. v. musti albi dulcis. lib. cc. infundat̄ sene in predicto musto: ⁊ ibi remaneat p̄ tres menses: ⁊ post tres menses bibat in mane in aurora circa lib. ß. predicti vini cum. ℥. ij. aque buglosse. ¶ Et q̄ puto q̄ qn̄q̄ de lapide armeno nō inueniret̄ faciat fieri in isto casu primas pillulas suprascriptas ponēdo in eis loco lapidis armeni similem quātitatē de lapide laçuli optimo ⁊ bene loto: nec puto q̄ sit opportunum: aut cōueniens in eo transire ad administrationē ellebori nigri: sz si vult p̄mutare medicinas fortes quas dixi sumēdas p̄ totū ver oibus. xl. diebus semel: pōt loco pillulaꝝ suprascriptaꝝ sumere. ʒ. iij. cōfectiōis Hamech: aut. ʒ. ij. pillulaꝝ indaꝝ in vice vna vel paꝝ minus: nisi medicus presens experiret̄ ventrem eius valde fluxibilem aut virtutē eius valde debilitari: tūc aūt opꝫ: ⁊ quātitatē medicinaꝝ diminuere: ⁊ interponere plus de t̄p̄e iter assumptionē vnius ⁊ alteri⁹. ¶ Dz etiā attendere q̄ in die qua sumit fortia solutiua suprascripta nullo modo est balneum intratura. Sed quando sumit leuia solutiua post eorum operationē comedat ⁊ postea de sero digesto cibo ante cenam ingrediat̄ balneū modo superius dicto. Quando v̄o non sumit medicinā aliquam balneetur in mane.

¶ Quantum v̄o ad quartam intentionem que vertit̄ ad confortationem cordis debet ante cibos sumere circa. ʒ. i. pro vice in mane ⁊ in sero diamusci dulcis aut electuarij de kesmes: aut electuarij de gemmis: aut confectionis letificantis: descriptione Rasis nono Almansoris. in capitulo de melancholia: ⁊ ista conueniunt in tempore frigido. ¶ In temporibus v̄o calidis fiat huiusmodi confectio. ℞. çucchari rosati. ℥. i. çucchari violati. ℥. i. çucchari buglossati. ℥. iij. electuarij de gēmis. ℥. i. confice omnia simul in mortario bene permiscendo: ⁊ addant̄. xxx. pānule auri purissimi: sumat circa. ʒ. iij. pro vice: sumat̄ an̄ prandium ⁊ ante cenam. ¶ Item portet huiusmodi sacculum iuxta cor. ℞. seminis basiliconis gariofilati corticum citri florū boraginis ⁊ buglosse ligni aloes crudi. an̄. ʒ. i. rosarum ⁊ violarum ⁊ florum nenufaris. an̄. ʒ. ij. folij macis gariofilorū croci gallie muscate. an̄. ℈. i. fiat puluis ⁊ ponatur in sacculo de syndone rubea: ⁊ teneat̄ iuxta cor: ⁊ ex eodem puluere cōfecto cum aqua dissolutionis dragagāti addendo. ʒ. ij. gallie muscate fiat pomū qd̄ teneatur in manu ad odorandum. ¶ Item debet in mane factis purgationibus predictis purgare caput suū cum masticatorijs gargarismatib⁹: ⁊ caputpurgijs: qn̄q̄ vtendo vno: ⁊ quādoq̄ alio. ¶ Masticatoriū vtile. ℞. sinapis stafisagrie piperis piretri. an̄. ʒ. i. masti. ʒ. vi. misce ⁊ masticetur quantitas conueniens de eo per horam.

¶ Caputpurgiū in estate pōt fieri cuꝫ succo blete: ⁊ cū aq̄ maiorane cauendo a sternutatione nisi corpus sit bñ vacuum: ⁊ in hyeme inungendo nares cuꝫ oleo cucumeris asinini interius. ¶ Gargarisma pōt fieri cū aceto distillato aut addendo in hyeme in dicto aceto aliquid de pipere: ⁊ vtile est ꝙ faciat sacculos de folijs ruthe siccis latos sicut puluinaria sua sunt: ⁊ illos teneat sub capite in nocte. ¶ Et qꝛ stomachus ē͡t vehemēter leditur. si inungat stomachū sepe cū hoc vnguento calido esset ꝯueniēs ieiuno stomacho. ℞. olei de spica: olei masticini. añ. ℥. ij. vini rubei boni lib. ß. gariofi. macis cinamomi corallorū rubeoꝝ mēthe sicce. añ. ℥. i. bulliāt simul vsqꝫ ad vini cōsumptiōeꝫ: coleꝰ ⁊ addaꝰ laudani: ⁊ gallie muscate. añ. ℥. i. ß. cere paꝝ: ⁊ fac vnguētuꝫ molle. ¶ In tꝑibus frigidis portet sup̱ caput hꝫ sacculuꝫ. ℞. sticados arabici. ℥. ij. ruthe sicce: gariofiloꝝ. añ. ℥. vi. rosaꝝ nucis muscate. añ. ℥. i. ß. pistenꝰ: ⁊ fiat sacculus in syndone rubea pro tenēdo in capite. ¶ Itē vaporeꝰ meatus sepe ieiuno stomacho recipiēdo fumū vini in quo decoctū fuerit arthemisie pulegij calamenti. añ. M. i. dauci. ʒ. ß. myrre ⁊ gallie muscate. añ. ℥. ß. ¶ Iteꝫ sepe sibi ponat ventosas postq̄ꝫ est purgata ⁊ flobothomata sup̱ nates ⁊ sup̱ coxas iuxta iguina ⁊ sup̱ ventrē sub vmbilico: ⁊ qñqꝫ in pulpis crurium. Lꝫ multa alia dici possent: puto tñ ista sufficere cum diuino adiutorio: ⁊ sit principale fundamentū in regimine ⁊ flobothomia ⁊ purgationibus. nam etiaꝫ hec sufficiunt pro dolore illo accidente in capite.

¶ Consilium domini Ioānis de Mantua.

¶ De melancholia nō confirmata per proprietatem capitis. Consilium. XIIII.

Iste nobilis vir annoꝝ fere. 26. cuꝫ multum extra propriā domū vagando circū iuisset. tandeꝫ in Mediolano passus est casus aduersos: ⁊ cū tristitia rediuit domū ꝓpriam vbi ꝑmū circa mediuꝫ Martij fere subito passus est capitis grauedinē: ita vt vix se teneret cū ꝑturbatione totius ⁊ pauco vomitu: sed quibusdā factis purgationibus ⁊ calefactorijs capitis: postea bene habuit ꝑ estatē. ¶ Sed autūno sequēti de mense Octobris cū loquereꝰ cū quodā aurifice: ⁊ ille quādaꝫ rotā seipsam voluentē ꝓmitteret facere. diu cogitans in rote cōpositione tandeꝫ ad tristitiā ⁊ cogitationem ⁊ timorē sine cā: ⁊ capitis grauitatis: ⁊ quādaꝫ leuē vertiginē ⁊ tremorē cordis: ⁊ vomitus statū: ⁊ quarūdaꝫ differētiaꝝ materieꝝ cholericaꝝ: ⁊ frigus in capite cōtinuuꝫ cōuersus est: cū q̄bus tñ vrina rubea vel citrina ꝑseuerabat: ⁊ tinitus in aure: ⁊ cogitatio cōtinua suoꝝ nocumentoruꝫ: ⁊ timor standi in loco obscuro: ⁊ difficultas incipiendi somnū que oīa cū post regimina administrata ꝑ hyemē ver ⁊ estatē diminuerenꝰ: tñ in autūno intendi videbanꝰ: perseuerauit tñ appetitus bonitas: ⁊ nullus fuit acetosus vomitus ⁊ splenem saluū habet: ⁊ vt dicit habuit: ⁊ nunc cū ad nos ꝑuenisset diu stetit in hospitio rectꝰ cibis delicatis: boni ⁊ clari sanguinis generatiuis: ⁊ quieuit: ⁊ gauisus est cū socijs: ⁊ iuit ad balnea petreoli ꝑꝑ capitis frigus ⁊ grauitatē. Itaqꝫ multum bene videꝰ habere: ⁊ pinguefactus est: ⁊ boni coloris: ⁊ bene dormit: lꝫ sibilus non ex toto recesserit: nec omnino grauitas capitis: est aūt satis pilosus grossoꝝ piloꝝ: ⁊ ad nigredineꝫ declinans. ¶ Dispositio ꝑncipaliter a medico in isto cōsiderāda est principiū melācholie nō cōfirmate cuꝫ suis causis. Naꝫ Auicēna prima tertij. caplo ꝓprio de signis huius dispositiōis dixit. Signa ꝑncipij melācholie sunt extimatio mala: ⁊ timor sine causa: ⁊ velocitas ire: ⁊ dilectio sollicitudinis: lꝫ quidaꝫ textus dicant solitudinis: ⁊ tremor: vertigo: sonitus: ⁊ tinitꝰ: que omnia in isto ꝑteri re velocitatē fuerunt manifesta. ¶ Rasis autem nono Almāsoris dixit. Cuꝫ alicui cogitatōes male sine cā accidunt: ⁊ timor ⁊ tristitia in eo ꝑualuerūt melācholie principiuꝫ in eo erit. ¶ Et Halyabas nono theorice. cap. 7°. Et cōia quidem oībus qui descipientiam patiunꝰ nigra signa sunt timor tristitia ⁊ opinio mala. ¶ Putāduꝫ est aūt hoc initiuꝫ melꝛie esse per ꝓprietatē capitis: lꝫ adhuc etiā totius dispositio videaꝰ cōmunicare: ⁊ precipue cordis. cuius cōplexio frigida ⁊ sicca per ꝑñtiā melācholice materie spiritū vitalem genuit syluestrē: ⁊ cōmunicauit cerebro in quo ꝑꝑ cogitationes: ⁊ regimen magis ad melancholicā nām erāt cōuersi humores q̄ꝫ opꝫ. ¶ Or aūt caput suū humidū videbaꝰ eē accidentalr: vt ipse dicit: nō video ex signis: sed etiā nō fuisset miruꝫ: si ante hunc casum capitis humiditas iuuisset ad cōplenduꝫ hoc accidens. multiplicaꝰ. n. melācholia in his quoꝝ cerebruꝫ est humiduꝫ ⁊ cor calidū. Et qꝛ dispositio ista ꝑoxismaliter qñqꝫ inuadit: ideo nō obstāte ꝙ pro nūc bñ se hēat quo ad omnia: videꝰ mihi ꝙ debeat vti regimine qd̄ subscribam: ⁊ medicinis eo ordine quo hic diceꝰ: ⁊ per ꝑsentem medicū limitabiꝰ. nam si añq̄ꝫ vlterius ꝓcedat cureꝰ liberabiꝰ ītegre. Oportet. n. vt cureꝰ anteq̄ꝫ ꝯfirmeꝰ: qm̄ in principio est facilis ⁊ praua: ⁊ difficilis cū est cōfirmata. vt prima tertij. ⁊ nono Almansoris: hic vno notato ꝙ cū melācholico huiꝰ humore flegma potiꝰ abūdat q̄ꝫ aliꝰ humor: lꝫ etiā cholera inueniaꝰ qñqꝫ sup̱flua.

¶ Aer sue habitatiōis dꝫ esse parūper humidus: ita ꝙ in estate humecteꝰ cū irroratione aque: ⁊ cōpositione herbaꝝ frigidaꝝ: sicut folioꝝ vitis ⁊ salicis ⁊ lactuce: ⁊ tam cum pomis odoriferis ⁊ rosis ⁊ violis. Et in caliditate ⁊ frigiditate nō multū a temperamēto recedat: sed ad paruam caliditatē sit decliuis: ⁊ caueat oēm ventū.

¶ Cibi: sicut panis ex optima farina frumēti mūda a furfure oīno: ⁊ sit inter primā ⁊ tertiā dieꝫ: ⁊ nō sit azimus: ⁊ nō superflue fermētatus vl̄ coctus: ⁊ alios panes vitet vt azimū ⁊ opirum. ¶ Carnes debēt esse pulloꝝ hedoꝝ agnoꝝ vituloꝝ paruoꝝ: paruaꝝ auium ⁊ perdicū ⁊ fasianoꝝ: ⁊ ꝓprie pedum castratoꝝ ⁊ agnoꝝ ⁊ hedoꝝ: ⁊ vitet carnes salitas oēs: ⁊ oēs carnes multū veteres ⁊ vaccaꝝ ⁊ hircoꝝ ⁊ porcoꝝ syluestriuꝫ ⁊ aues aq̄ticas. ¶ Pisces petrosi ⁊ parui ⁊ squamosi cōueniūt: ⁊ oēs alij pisces viteꝰ: nisi ex libero mari ⁊ parui ⁊ squamosi. ¶ Uitelli ouoꝝ ꝯueniunt: cū oua sint gallinaꝝ ⁊ recentia ⁊ adipes ⁊ pinguedines dictoꝝ aīalium. ¶ Sed sanguis ⁊ cascus antiquꝰ salitus. Et interiora omnia viteꝰ preter epata pulloꝝ ⁊ galloꝝ testiculos. Lacte autē quādoqꝫ vti pōt: sed qñ sumit non sit multū: ⁊ sit stomacho ieiuno: ⁊ post ipsum nō sumat cibū aliuꝫ quousqꝫ sit digestus: ⁊ sit lac statim ab vbere extractꝰ. ¶ Legumina omnia penitus fugiat: ⁊ precipue lentes. ¶ Ex granis vtatur farre ⁊ ordeo fracto: ⁊ dimittat panicū ⁊ miliū ⁊ riçuꝫ: ⁊ sint dicta grana cum carnibus cocta. ¶ Ex herbis sumat lactucaꝫ boraginē buglossaꝫ mellissaꝫ endiuiā menthā ⁊ maluā ⁊ bletis ⁊ caules penitꝰ dimittat. ¶ Ex fructibꝰ vtaꝰ ficubus ⁊ vuis tam siccis q̄ꝫ recentibus: cerasis ⁊ pomis dulcibus bene maturis: ⁊ melone pauco. ¶ Fugiat omnia valde acuta: sicut sinapim porrū allia ⁊ cepe: ⁊ similiter acetū ⁊ agrestā: ⁊ sit ꝯtentus dulci ⁊ vnctuoso ⁊ insipido: ⁊ ideo etiā piper fugiendū est. ¶ Potus sit vinū album claꝝ nō multū potēs odoriferū: ⁊ cū aqua pro medietate in estate mixtū in hyeme minus. ¶ Neqꝫ sumat cibū anteq̄ꝫ primus sit digestus: nec multa ⁊ varia in eodem prandio sumat: neqꝫ prolonget moram in mensa: nec comedat nisi cuꝫ vera fame: ⁊ sint cibi sui nō frixi aut assi:

sed potius elixi:lꝫ aliquãdo assum cõcedi possit: nec sint
suffocati in patellis: aut oppilatiuũ: vt pastalia.
¶ Non multum laboret imo adhereat quieti:ꝛ motibus
leuibus cum delectatione in locis temperatis delectabi/
libus:ꝛ cum socys dilectis:ita ꝙ nõ remaneat solus nec
sine delectabili occupatione.
¶ Dormiat saltẽ octo horis in camera bene sani aeris:vt
predicitur:ꝛ nõ sub radys solis aut lune:ꝛ nõ in loco fri/
gido vel ventoso vel fetido:sed odoribus pleno: ꝛ sit bñ
cooptus pãnis:ꝛ capite bene eleuato:ꝛ super latere pᵐo
dextro:deinde sinistro:ꝛ in fine redeat super dextruꝫ.Et
sit cõtinuũ lumẽ in camera sui somni: ꝛ sit sociatus dele
ctabiliter.¶ Or si nõ sufficiẽter dormiret hoc nullo mõ
toleret: imo faciat bulliri lactucã in quãtitate multa in
suis cibis:ꝛ vtatur ea in ferculis: ꝙ si hoc nõ sufficit aut
cũ lacte papaueris albi:aut coquendo cortices duoꝝ pa/
pauerum in suo ferculo:aut bibendo.ʒ.y.syrupi de papa/
uere:aut sumẽdo in ore qñ vadit dormitũ.ʒ.5.diacodion
aut.ʒ.5.loch de papauere: aut lauãdo ante cenã bracchia
ꝛ faciem cũ ista lauãda ꝛ fumuꝫ recipiendo: ꝓcuret sibi
somnũ:ꝛ in hoc sit sollicitus vt bene dormiat. hec est la/
uande descriptio.℞.ordei.ʒ.iiy.violaꝝ floꝝ nenufaris.
añ.ʒ.y.rosaꝝ.ʒ.i.violarie ꝛ lactuce.añ.M.y.radicũ mã/
dragore.ʒ.5.floꝝ camomille mellilori.añ.ʒ.i.5.
¶ Fugiat tristitiã sollicitudinẽ solitudineꝫ dolorẽ rixam
acidiaꝫ:ꝛ omnia anime accidẽtia preter gaudium : itaqꝫ
ꝓuideatᷣ sibi de occupatione delectabili in qua nõ mul/
ta sit opus cogitatione:ꝛ caueat a venereis: nõ comedat
vltra saturitatẽ nec stõcho graui: gnimo cũ stomachum
grauẽ sentit faciat vomitũ semel in mẽse post potũ.ʒ.iy.
oxymellis cũ.ʒ. vi.aque tepide: aut cum decoctione cala
menti:vel seminis raffani:ꝛ precipue in estate.
¶ Procuret auteꝫ habere omni die ventris beneficiuꝫ si
non per se faciat cum suppositorio aut clisteri. ¶ Utatᷣ
etiam balneo aque dulcis in quo ieiuno stomacho laue/
tur cum dulci aqua: ꝛ post a balneo egrediens si multuꝫ
sitit bibat parum bene temperatum.
¶ Per totuꝫ pñtem annũ.s. quousqꝫ expertus sit ꝙ neqꝫ
in vere neqꝫ in sequenti autũno redit egritudo : videtur
mihi ꝙ vtatur in septimana semel istis pillulis qñ aliaꝫ
medicinam nõ sumit.℞.epithimi polipody.añ.ʒ.i.lapi/
dis armeni:lapidis laçuli lotoꝝ ẜm artẽ.xxx.vicibᵘ agi/
tando cuꝫ pistello in mortario: ꝛ aquã inouando.añ.ʒ.5.
mirabolanoꝝ kebuloꝝ ꝛ indoꝝ.añ.℈.i.gra.v. sticados
arabici.ʒ.y.salis indi:pulpe colloquintide.añ.℈.y.5.em/
blici bellirici basce ellebori nigri.añ.℈.i.gra.iiy. ierepi/
gre turbit.añ.ʒ.i.ꝯficiãtur cũ oxymelle: ꝛ sumanᷣ.℈.y.
pro vice:aut.ʒ.i.hora vna ante diem.¶ Uel si predictas
pillulas nõ sumeret aut vult ꝑmutare sumat semel in se/
ptimana.ʒ.y.folliculoꝝ sene salis.añ.ʒ.i.piperis gra.vy.
cõtundanᷣ:ꝛ bulliant lento igne cũ lib.y. brody bonarũ
carniũ quousqꝫ remaneat lib.i.ꝛ coleᷣ: ꝛ bibaᷣ in mane.
¶ In medio aũt inter vnam purgationẽ ꝛ aliam vtatur
semel trifera epithimi ẜm hũc modũ.℞.mirabolanoꝝ
kebuloꝝ idoꝝ belliriciũ emblicoꝝ.añ.ʒ.y.epithimi cre/
tensis.ʒ.iiy.ierepigre.ʒ.i. ꝯfice cum melle emblicoꝝ vel
kebuloꝝ: vel saltẽ cum melle decocto in aqua decoctio/
nis emblicoꝝ:ꝛ detᷣ de ea sine custodia.ʒ.y. pro vice vel
ʒ.iy.ꝛ si quotidie sumeret nõ obesset. ¶ Reliquis autẽ
diebus vtatur omni mane electuario letificãte qð sic fit.
℞.specierũ diamusci dulcis.ʒ.iy.gallie mu. corticũ citri
croci cinamomi masticis gariofilorum:seminis mellisse
nucismuscate cardamomi neremisch been albi ꝛ rubei
çedoarie semis oçimi maioris ꝛ gariofilati. añ.ʒ.i.musci
gra.vi.confice cuꝫ melle emblicoꝝ:ꝛ belliricoꝝ:ꝛ sumat
ʒ.y.pro vice.¶ Mel dictũ sic fit. ℞. emblicoꝝ numero
xxx.belliricoꝝ numero.xx.pistenᷣ ꝛ bulliãt cũ lib.iy.aq̃
quousqꝫ vna redeat:postea cola ꝛ adde mellis lib.i.bul/
liat dispumãdo vsqꝫ ad aq̃ ꝯsumptiõeꝫ.¶ Et h̃ regimẽ
euacuãdi sepe cum aliqua dictaꝝ medicinaꝝ leuium in
septimana semel.Aut saltẽ in.xv. diebᵘ semel nullo mõ
permittatur:nec etiã pretermittatᷣ vsus dictoꝝ electua/
rioꝝ letificãtiuꝫ.Sed tamẽ multo magis studiũ impen
datur in vita cum regimine predictoꝝ ciboꝝ ꝛ somni:ꝛ
quietis ꝛ gaudy:ita vt oĩno studium illud puteᷣ necessa
rium per hunc annum si vult esse securus a casu in dictã
infirmitatẽ. ¶ Adueniente autẽ principio veris.s.circa
ꝑncipiũ Marty in die lecta:in tertia quadra lune faciat
se flobothomari de vena cõi dextri bracchy: ꝛ sit flobo/
thomia cũ lato foramie:ꝛ si viderit vsqꝫ ad.ʒ.iy. sangui
nis egredi ꝯtinue subtileꝫ claꝝ tũc claudat.Sed si vide/
rit ꝙ egrediᷣ niger grossus:tũc trahat vsqꝫ ad permuta/
tionẽ coloris sanguinis si virtus ꝯstat. Sin aũt nimium
esset cum lib.5.sanguinis traxerit claudet: ꝛ in sero secũ/
det vsqꝫ ad.ʒ.y.Et hanc flobothomiã faciat sequi getẽ:
ꝛ per horã post comedat in mane:aut vitellos ouoꝝ: aut
pulluꝫ:nõ in multa quãtitate:ꝛ bibat vinum bñ temꝑa/
tum.in crastinũ aũt flobothomie faciat vnũ clistere cõe:
ꝛ incipiat sumere syrupum hoc modo. ¶ Syrupus quẽ
dꝫ sumẽ omni mane vsqꝫ ad octo dies est iste. ℞.capil/
loꝝ veneris:radicũ buglosse ꝛ boraginis: floꝝ boraginis
ꝛ buglosse polipody epithimi. añ.ʒ.v.folliculoꝝ sene ca/
momil.sticados arabici.añ.ʒ.iy.5.camedreos sgnãti elle
bori nigri.añ.ʒ.iy.5. fumiterre.ʒ.iiy. eupatory.ʒ.y. succi
pomoꝝ dulciũ.ʒ.iy.omnia preter epithimũ:ꝛ succuꝫ po/
moꝝ bulliãt lento igne in lib.y.aque vsqꝫ ad lib.i. dein/
de adde epithimũ: ꝛ bulliat paꝝ:postea coleᷣ ꝛ addatur
succᵘ pomoꝝ ꝛ çucchari lib.i.ꝛ fiat syrupᵘ: ꝛ est pro octo
vicibus:detur cuꝫ duplo sui de aqua buglosse. ¶ Sum/
pto syrupo sumat illas pillulas.℞.pillulaꝝ de lapide la/
çuli.℈.y.pillulaꝝ cochiarum.℈.i.sumantur per horam
ante diem.ꝛ superdormiat per vnam horam.postea non
dormiat:ꝛ caueat a frigore in illa die. facta purgatione
sequatur cum predicto regimine:ꝛ in fine septembris si/
milem purgationem faciet premissa flobothomia de ve
na cõmuni que sit.ʒ.iiy.sanguinis:ꝛ nõ amplius.¶ Su/
per caput portet sacculum ex mentha corticibus citri ga
riofilorum rosarum rubearum sticados.añ.qð sufficit:et
hoc seruato regimine puto cum adiutorio dei eum futu/
rum liberum.

¶ De vertigine dolore capitis: ꝛ imaginatione in ocu/
lis. Consilium. XV.

DIspositio huiᵘ notabilis domine ha
bet tres partes ꝑncipales:
quaꝝ prima est vertigo non continua. scða
est dolor capitis in fronte:ꝛ posteriori parte
simul offendens. ꝛ tertia est imaginatio in
oculis:ꝛ qꝛ plus dormit solito:ꝛ graues hꝫ oculos:ꝛ totuꝫ
corpus:certe humor qui est causa est flegma : lꝫ nõ ꝑueᷣ
alicuius mixtiõe cholere: ꝛ qꝛ ieiuno stõcho post somnũ
molestaᷣ magis putãdum est peccatũ esse in cerebro per
abundantiã dictoꝝ humoꝝ:ꝛ ideo precaᷣ ꝯsiliũ,rerũ cõ/
uenientium sine pompe multitudine.
¶ Oportet ꝙ locus ꝛ camera:vbi habitat sint sicca:ꝛ cla/
ra:ꝛ mundi aeris declinis ad claritatẽ: ꝛ in tempore hye/
mis fiat calidus cum igne lignoꝝ siccoꝝ: ꝛ caueat sibi a
frigore in pedibus ꝛ manibus demũ: ꝛ in omnibus mẽ/
bris:ꝛ a vento : ꝛ habitatione in locis humidis : in mane
emissionẽ egestionũ dꝫ fatigari ante cibuꝫ siue in domo
siue extra exercitio ambulandi: ꝛ si exercitium deficit ei

faciat fieri fricationes ad crura ꝛ coxas ꝛ nates ante prādium trahendo inferius.

℄ Et debet ꝓuidere ꝙ omni die habeat beneficiuꝫ ventris saltem semel: ꝛ si natura nō rñdet accipiat clistere cōmune aut mittat suppositoriū: aut recipiat vnā grossam pillulam iere ante cibum: dormiat in nocte nō in die incipiendo duabus horis post cibum: ꝛ capite bene eleuato: corpore bene coopto: ꝛ super altero lateꝝ: ꝛ sit somnus in die naturali a sex vsq; ad septem horas. ℄ Somnum meridianum ꝛ super repletionē: ꝛ in loco frigido vel humido: ꝛ capite depresso vitet omnino.

℄ In cibis sumat panem bene fermentatū salitum bene pistum: ꝛ bene coctum de bono frumento. vtatur carnibus volatiliū: ꝛ maxime tamen vtiles sunt ex rapacibus auibus sicut ancipitrū: ꝛ falconū: ꝛ noctue: ꝛ similium: et pulloꝝ ꝛ perdicū: ꝛ fasianoꝝ: ꝛ paruaꝝ auiuꝫ: ꝛ dimittat aues aquaticas. ℄ De quadrupedibꝰ sunt bone caprine vituline lactantes ꝛ castratine: ꝛ dimittat alias nisi capriolum iuuenum. potest vti vitellis ouoꝝ recentiuꝫ nō multum coctoꝝ. ℄ Sanguinem aūt aīalium caseum et lac: interiora capita nec colla comedat: vitet etiā victualia de pasta: sicut laganas: ꝛ pastillos: ꝛ frumentū coctum riçum lenticulas ꝛ panicum. pōt vti farre: ꝛ ordeo fracto: ꝛ panata: ꝛ aqua ciceꝝ: ꝛ ouis distemperatis in aqua carniuꝫ: ꝛ amigdalis pro suis ferculis. ℄ De herbis vitet omnino lactucam ꝛ caules apiuꝫ ꝛ petrosilinū: ꝛ bletas: sꝫ pōt vti rutha mētha feniculo boragine buglossa abrotano maiorana saluia thimo serapino: ꝛ in estate endiuia domestica ꝛ syluestri: ꝛ crispino: ꝛ eufragia: ꝛ chiarcha: et berbere: sed quādo pōt abstineat ab herbis. ℄ De radicibus fugiat porros allium ꝛ cepe tanꝗ inimicos: ꝛ oīa acuta: sicut raffanos: sed potest vti rapis bene coctis: ꝛ pastinaca rubea: sūt sibi vtiles cappares saliti: ꝛ pōt comedere sparagos: pisces omnes vitet: maxime olentes: ꝛ cenosos: ꝛ magnos: ꝛ sine squamis: vitet etiam fungos oēs.

℄ Item abstineat a fructibus humidis: presertiꝫ crudis: sicut sunt cerasa: ꝛ poma: pira: ꝛ similia: si tamē post prādium aliqd de piris coctis vel pomis vel citonijs aut pomis granatis potest tolerari. ℄ Amigdale cuꝫ çucchаro auellane assate: ꝛ grana pini magna: iteꝝ tolerant̄: ꝛ similiter oliue salite. Castanee vō non neq; nuces: sꝫ ficus recentes ꝛ siccas pōt comedere ꝛ singulariter vuas passas ꝛ pruna dulcia matura: ꝛ īmatura ante prandiū: in estate ante prandium. ℄ Potest vti aniso feniculo proprie gariofilis cinamomo galanga in tempore hyemis ꝛ sapa et amigdalis in suis saporibus: ꝛ in estate arācijs ꝛ lymonibus: ꝛ agresta paruꝫ temperatis cum dictis aromatibus. Recedat semp a mensa cuꝫ reliquijs famis: ꝛ nō sumat scđm cibū nisi senserit pmū eē digestū: ꝛ a stōcho exisse.

℄ In potu melior est aqua mellis: ꝛ melius vinuꝫ pro ea est album pauciferuꝫ: sed vina grossa ꝛ potentia sunt vitanda: ꝛ sit auara in potu.

℄ Caueat ab acidia ira tristitia: ꝛ vtatur gaudio temperato: ꝛ caueat a vento puluere ꝛ fumo ad prospectuꝫ nimie luminositatis: ꝛ hec sufficiant de regimine.

Debet omni anno purgari circa principium veris. s. in ꝑncipio Martij recipiendo primo sex vicibus hunc syrupum. ℞. syrupi de sticados: mellis rosati: syrupi acetosi compositi. aā. ℥. ß. aque feniculi. ℥. iij. ꝛ est pro vna vice sumat̄ calidus in aurora: ꝛ supdormiat per mediam horā. ℄ Sumpto syrupo purget̄ sequenti mane cuꝫ istis pillulis. ℞. pillularū đ iera diacolloquintidos: pillulaꝝ fetidaꝝ: pillulaꝝ de ieralogodion. aā. ʒ. i. reformentur pillule. vij. ꝛ sumantur duabus horis ante diem: ꝛ superdormiat per vnam horā: ꝛ in capite qnque horarum bibat aquam ordei tepidam cum çucchаro: et inde ad vnam horam prandeat.

℄ Et similem purgationeꝫ faciat in autūno. circa principium Octobris. nec sufficit bis purgari in anno: sed opꝫ saltem purgari semel in mense cū quibusdaꝫ pillulis lenibus vel confectionibus ad eandem intentionem: sicut verbi gratia. pillule de iera simplici: aut pillule sine quibus esse nolo: aut qđ magis laudo confectionem de sticados positā a Mesue in capitulo de vertigie ꝛ scotbomia: ꝛ eius dosis sit. ʒ. iij. cuꝫ aqua calida ieiuno stomacho quatuor horis ante cibum. ℄ Item oportet ꝙ purget caput cum gargarismis ex aqua mellis: vel aqua vitis: vel cuꝫ aceto distillato: ꝛ quādo cum masticatorijs de radice piretri vel masticis: ꝛ staphisagrie: ꝛ piperis: ꝛ quādo cum caputpurgijs: sicut lenien do nares interea cuꝫ oleo cucumeris asinini: ꝛ odorando rutbaꝫ ꝛ maioranam fere continue. ℄ Et opꝫ ꝙ in tempore calido dum corpus nō est valde plenuꝫ sumat in mense tribus vicibus. ʒ. i. ß. mytridati cum. ℥. i. ß. aque mellis. ꝛ est vtile alijs diebus sumere electuaria humani posita a Mesue in. c. de conseruatione sanitatis oculi. ad quātitatē parue castanee pro vice: facere etiam puluinar de rutba sicca ꝛ maiorana est valde vtile pro tenendo de nocte in lecto.

℄ In oculis aūt post purgationes in mane ieiuno stōcho stando resupine ponat pro quolibet oculo guttā alicuius istoꝝ colyriorum ꝛ fortiora colyria tentare non curet. ℄ Primū est hoc. ℞. rutbe mēthe berbene celidonie feniculi. aā. lib. ij. distillet̄ aqua p alembicū: ꝛ de illa ponatur in oculum. ℄ Secūdum est aqua rutbe soluꝫ de qua est optimū omni die lauare oculos. ℄ Tertium est. ℞. aque rutbe. ʒ. iij. serapini. ʒ. i. ß. misce: ꝛ teneat̄ ī ampulla vitri bñ obturata: ꝛ ponat̄ vna gutta in oculo. ℄ Quartuꝫ est aqua euphragie feniculi ꝛ celidonie extracta per alembicum. ℄ Ultimū. ℞. fellis galli aut. perdicis. ʒ. ij. mellis crudi. ʒ. ij. succi feniculi. ʒ. iiij. misce: ꝛ teneātur in ampulla vitri bene obturata: ꝛ pōatur in quolibꝫ oculo vna gutta pro vice: nō transcēdat ad fortiora. nō opꝫ cauteria facere: naꝫ qꝛ nō vꝫ multū obtenebrari visus: ꝛ iaꝫ trāsiuerūt sex mēses vīsimile ē: vt dixit ille venerabilis doctor. M. Jacobꝰ ꝙ bis obseruatis de oculis nō timēdum. Et hec sufficiāt pro ista notabili domina.

℄ De paralysi particulari in bracchio cū stupore digitoꝝ ex vulnere ꝛc. Consilium. XVI.

Iste. D. valcarti iaꝫ sunt tres menses fuit vulneratꝰ in collo iuxta furculā cū lācea in pte sinistra: ꝛ penetrauit vulnꝰ ad posteriora ex eadē pte longe a medio nuche tātum ꝙ nō appet solonē ꝯtinuitatis fuisse in spōdilibꝰ: ꝛ in adiutorio bracchij eiusdeꝫ lateris fuit pcussus a re ꝯtūdente: sine fractura tñ ossis: ꝛ dū fuit aptū vulnus ex lācea nō doluit ptē bracchij īfra cubitū nō obstāte ꝙ multū doleret in loco ꝯtusionis: sꝫ clauso vulnere: ꝛ ipso vtēte vnctionibꝰ ꝛ cerotis sup adiutorio descēdit mā ad ptē infra cubitū: ꝛ factus fuit ēt dolens ptē īfra cubitū: ꝛ supuenerūt dolores in tribꝰ digitis manꝰ sinistre in pollice indice: ꝛ medio: ꝛ tādē nūc os spatule mouet: sꝫ nō pōt eleuare adiutoriū: nec pōt flectere cubitū: nisi cū adiutorio alteriꝰ manꝰ: sꝫ digitos manꝰ pōt flectē ꝛ strigere manum: lꝫ debilr: ꝛ maxie debilitateꝫ sentit: ꝛ dolet ꝛ patit̄ quedā modū stuporis in toto pollice: ꝛ medietate īdicis versus pollicē. ℄ Ex ꝗbus ītelligit̄ ꝙ ista est paralysis particularis mēbri cuius aliqua pars pōt esse ex incisione que fuit in vulnere transeunte p musculos mouentes adiutoriū: ꝛ illa talis pars que correspondet villis incisis quātum ad hoc est incurabilis. Sed puto ꝙ sit modica.

Reliqua vo paralysis cõstat intelligẽti dicta ⁊ signa ꝓpria ꝙ est ex apostemate vel oppilatiõe vel ambobus simul in neruis musculoꝝ spatule mouentiũ adiutorium ⁊ musculoꝝ adiutorij mouentium asceid. ℂ Ego igitur mãdato. J. P. D. N. M. E. domini mei colẽdissimi scribam consiliũ ⁊ deus sit dator auxilij. Prenotãdo ꝙ eius etas est q̃si annoꝝ qnquaginta: ⁊ cõplexio tẽdens ad humidum cũ caliditate: dominãte tamen caliditate.

ℂ Primo ergo oportet ꝙ caueat ab aere vehementer frigido ⁊ humido: ⁊ precipue occurrat spine ⁊ capiti: ⁊ pedibus: ⁊ precipue locis infirmis: ⁊ debet cauere ab occursu ventoꝝ: ⁊ austri ⁊ boree quãtũ est ei possibile. Et in temporibus frigidis dȝ habere imediate iuxta carnẽ brachij lesi ⁊ spatule: tã anterius q̃ posterius pelleȝ vulpinã: aut si ponunť ibi cerotaria vel vnguẽta: ponať hec pellis sup illa. Similiter etiã pseuerãtia multa in aere excessiui caloris viteť: sed tñ aer calidus ⁊ siccus nõ multum a temperamẽto recedens est ei ꝯueniens: ⁊ vsus sudandi in balneo sicco ieiuno stomacho: ⁊ ibideȝ fricandi spinã ⁊ locum lesum est ei valde cõueniens postq̃ erit purgatus. Et debȝ d nocte tenere partes illas vestitas vsqȝ ad cingulũ: etiã in estate ne infrigidenť in nocte: ⁊ camera sua vbi dormit ⁊ habitat debet calefieri in hyeme cum siccis lignis: facto igne cum rebus odoriferis ⁊ boni odoris: ponendo interius multũ de maiorana sicca ⁊ de origano sicco: ⁊ de corticibus citri: ⁊ caueat ab aere nebuloso ⁊ grosso ⁊ fetido.

ℂ Studere debet presertiȝ facta purgatione exerceri ieiuno stomacho primo ambulando in locis sicci aeris: et postea laborando cum manibus: precipue cum manu sinistra quãtũ erit possibile agitando ipsam cuȝ alia manu: aut saltẽ fricare ipsaȝ cum rebus siccis: ⁊ in hoc adhibeatur studium: sed post cibum melius est leuiter quiescere: aut leuiter ambulare: ⁊ quãdo nõ potest vti exercitio faciat fieri fricationes cum mantilibus calidis fricãdo primo crura ⁊ coxas trahẽdo ad inferiora: postea spatulas: ⁊ nates: postea pectus ⁊ ventreȝ: postea brachia: ⁊ postea caput: ⁊ sint mantilia leuia: ⁊ fricationes mediocres: ⁊ durent per horam.

ℂ In cibis vtatur pane bene fermentato: ⁊ bene cocto: et habente aliquid anisi: ⁊ salis cõmixtum: ⁊ vitet azimum vel deficientem in fermentatione: ⁊ coctura: ⁊ paneȝ de alijs granis q̃ de frumento vel de spelta: ⁊ non comedat ipsum statim sicut venit a furno: imo melior est panis in secũda die vel tertia: precipue tamẽ viteť lolium.

ro sicce albe ꝛ pingues ꝛ in aqua mellis decocte: ꝛ similiter cōpositio ex decima pte medulle carthami: ꝛ .x. partibus medulle ficuū siccaꝝ: quis sit vsus eis nō fecerūt ei notabile iuuamētū. nō tñ esset malū qñ caret herbis expiri ista. saltem enim iuuabūt ad citiorē descēsum de stomacho. ꝛ in tpe hyemis carēdo alijs rebus pōt sumere de mane scutellā vnā vsqꝫ ad. ℥. x. vel. xij. brodij galli cocti ſm artē Mesue cum carthamo ꝛ carminātibꝰ ventositatem: dimittēdo tñ polipodiū ne nimiū exiccaret: ꝛ qñqꝫ loco istoꝝ sumat in itroitu prādij. ℥. ij. hyssopi sicce cōfectas cum. ℥. vi. mellis optimi dispumati: aut distēperati cum aliquo brodio. ❡ Et si ista nō sufficienter euacuāt vtaṫ clisteri si pōt cum rebus carminātibus: nō addendo fortia solutiua: sicut. vbi grā. ℞. carui leuistici polij mōtani ameos dauci cimini seminis anbeti. añ. ℥. i. cōtundanṫ grosso modo: ꝛ coquanṫ cum. x. folijs blite quousqꝫ blite sint bis cocte: deinde coleṫ ꝛ addaṫ ierepigre. ℥. i. olei anbetini. ℥. iij. ❡ Si vo fortiꝰ facere voluerit qḋ nō est faciēdum nisi ꝑpter necessitatē addat in decoctione cētauree minoris ꝛ medulle carthami. añ. M. i. ꝛ cū ierapigra ponat aliqd de ieralogodion vsqꝫ ad. ℥. ſ. vt apparet pſenti medico. ❡ In omni tñ suo clisteri melius erit ponere pro vice. ℥. ſ. electuarij de baccis lauri: nec mihi videṫ ꝙ sit ei vtile vti pillulis soluētibus vētrē nisi forte istis. ℞. galāge. ℥. i. pistetur ꝛ ꝯficiātur pillule cum syrupo acetoso composito ꝛ deglutiantur parum ante cibum omnes in vice vna.

❡ Uehemēter opꝫ attēdere ne accñtia aïe ipsuꝫ exterminēt: tristitia: cogitatio: timor: ira: odium: acidia. sed debet ꝯuersari cum dilectis ꝛ bene sperare audire sibi placita ꝛ delectabilia: ꝛ caueat omnino venerea.

❡ In cibis vo oportet conari ꝙ sint multi nutrimēti boni tendētes ad subtilitatē. abstersiui incisiui: aliqualṙ lubricatiui vētris: ꝛ si nō inueniunṫ simplices ad hāc intētionem fiāt artificialiter: ꝛ sint satis calidi actu ꝛ molles ꝛ aliquātulū calidi in potentia. lꝫ iuxta id qḋ sum expertus sit necessarium cōmiscere calefaciētia fortia. ❡ Incipiamus ergo a pane qui debet esse ex optimo frumēto cui nullū aduenerit nocumētū: ꝛ bñ pistꝰ: ꝛ parū plus ꝙ̄ mediocriter fermētatus: ꝛ ita bñ ꝛ sufficiēter coctus in furno. sed cum farina dꝫ hře aliquid minuti furfuris cōmixtū: ꝛ sit sufficiēter salitus: ꝛ panē carētē istis ꝯditionibꝰ vitet oino. ❡ De carnibus: meliores oïbus sunt sibi pulline. lꝫ ex fasiano iuuene: maxime femina ꝛ ꝑdice iuuene. ꝛ francolinis posset etiam accipere. ꝛ fortassis ꝙ aliqd de capreto digereret: sed debēt oēs esse elixe: ꝛ iudicio meo melius est si nō magis ꝯfortaṫ ꝙ sint sufficiēter ꝯtuse. ❡ Et si pñti doctori medicine videṫ ꝙ vtatur aqua carnis facta in vase duplici: quā magis laudo. aut per distillationē mihi nō displicet: sicut ēt placeret ꝙ in omni mēsa hřet de testiculis galloꝝ nō coeūtium iuxta possibilitatē sex vel octo paria pro vice. aut in ꝯtuso suo aut comedēdo ipsa elixa. Et tolerātur auicule montane degētes in dumis. Sed alias carnes pro nūc nō dꝫ gustare. ❡ Uitelli ouoꝝ gallinaꝝ recētiū tenelli sunt sibi conueniētes cū pauco sale: sed multū cocti qualitercūqꝫ coquerenṫ sunt vitādi. albumē autē viteṫ oino. Lac ꝛ caseus ꝛ sanguis aïaliū vitenṫ oino ab eo: ꝛ silṙ oïa legumina ꝛ grana: nisi forte faceret pultē ex farina ordei de ordeo fracto ꝯueniētis decoctiōis: ita vt non deficiat a debita coctura. nec tñ ita supabūdet ꝙ fiat viscosum sicut cola. ꝛ coquaṫ cū brodio bonaꝝ carniū. ꝛ ꝯdianṫ cū pipe pſertim albo ꝛ lōgo. ❡ Fercula autē que faceret ex vitellis ouoꝝ ꝛ brodio bonaꝝ carnium. aut ex mica panis sunt magis laudabilia alijs ferculis pro eo. ❡ Herbas radices ꝛ fructus ꝛ fungos nō video ipm hřı aptum ad suggerēdum: ꝙ si pur appeteret amigdalas sumaṫ cum multo çucchar in pauca quātitate: minus tamē noceret sibi nuces. ꝛ de granis pini pōt cape cum çucchar: et ita de fisticis: sed non ita supabūde. Et ficus sicce cum tertia parte sui de nucibus tolerātur ante cibum et passule sine arillis dulces. Auellane aūt sunt male: nihil dico de toto alio gñe taꝫ siccoꝝ ꝙ̄ humidoꝝ fructuū: qm̄ debēt dimitti. ❡ Ante cibū cappares cū vino cocto ꝛ cinnamomo vsqꝫ ad numerū. viij. vel. x. toleranṫ: grauis tñ sunt digōnis. ❡ Pisces parui boni odoris ex fluuio petroso pro paucis vicibꝰ actu calidi: ꝛ ꝯditi cū pipe ꝛ sale tolerātur. Relíq ꝛ alio mō dimittanṫ. Granari ꝯcule ostracha cācri marini oēs dimittanṫ. Ex cācris vo fluuialibꝰ ablatis vndiqꝫ pedibꝰ: ꝛ postea lotis sex vicibꝰ cū aq ꝛ cinere: ꝛ semel cū aq clara: ꝛ postea elixis in aqua ordei: ꝯueniṫ ei medulla que inueniṫ itra illum corticē rotūdū ad modū lactis coagulati: sed assumaṫ cum pipe ꝛ galāga.

❡ Tēpus comestionis dꝫ esse hora ꝯsueta in sanitate: ꝛ si stomachus suus possit tribus vicibus digerē in die nāli melius esset ter ꝙ̄ bis comedere: sed ego me nō vidi hoc posse facere. Sed ideo fui contētus duabus vicibus: nō capiēdo tamē scōm cibum nisi primū sciuerit descēdisse de stomacho: quātitas autem nō dico ꝙ sit talis ꝙ non grauat stomachum ex quo nō anxieṫ. nam fere ex omni parua quātitate hoc ei accidit: sed sit tāta ꝙ tādē eam digerat ꝛ virtus cum illa sustētetur: que mēsura sibi iam est per experiētiā nota. ❡ Potus suus debet esse vinū rubeum purū ꝛ vinosum clarū tendēs ad antiquitatē. ꝛ nō bibaṫ si fuerit pōticum aut oino dulce vel sit stipticum vel acidū vt agresta. sed habeat saporē acutum pro priū vino cum aliquali dulcedine: ꝛ sumaṫ tāte quātitatis ꝙ nō faciat cibum natare ꝛ ꝓhibeat digestionē. Uerūtamē si esset vinū mellitū. aut aqua mellis aromatiçata modo quē dicā infra: videṫ mihi hoc tpe hyemis vtile: aquā aūt non misceat cum vino. ꝛ ista pro nunc vidētur de regimine mihi sufficere.

In vsu medicinaꝝ ꝛ rerū illis ꝓportionabiliū iam dixi ꝙ oportet vacare ꝑncipalṙ ad malā cōplexionem frigidā ꝛ humidam stomachi ꝛ intestinoꝝ ꝛ ad flegmata ꝛ vētositates que ibidē quotidie cōgregātur ad catarrū ꝛ renutritionē: ꝛ qꝛ fere ꝯtinue noua māgeneraṫ semꝑ habemus intentionē incidēdi subtiliandi carminādi vētositates ꝛ abstergēdi. Et si cū hoc iuueṫ digestio ꝛ tēpereṫ frigiditas ꝛ deṫ corpori aliquale nutrimentum est multo melius.

❡ Primo igiṫ oïum sumat hūc syrupū de mane digesto cibo serotino. ℞. vini odoriferi antiq clari rubei aut citrini: aq distillatiōis carniū caponis galline vel capreti. añ. lib. i. çucchari. ℥. xvi. syrupiçeṫ et fiat syrupus lōgus. postea ℞. cinamomi pipis albi çinçi. gariofi. galāge. añ. ℥. ij. macis cardamomi maioris. croci. añ. ℥. i. ligni aloes. ℥. i. ſ. ponaṫ puluis in sacculo ꝛ supra puluerem ponaṫ syrupus totiēs ꝙ exeat clarus ꝛ sufficit ex isto syrupo quātitas. ℥. quatuor pro vice ꝯfortat stōchū: digerit flegmata: ꝛ nutrit plurimum ꝛ apit oppilationes: ꝛ nō prandeat nisi digesto syrupo. ❡ Et si hoc minus fieri pōt saltē bibat in mane. ℥. quatuor huius mellicrati. ℞. vini veteris rubei: aut citrini proprij saporis vinosi et clari lib. x. aq fontis. lib. v. mellis dispumati. lib. viij. bulliant simul bullitione vna ꝛ dispumeṫ. postea coleṫ cū spēbus hoc mō. ℞. spice aromatice. ℥. i. gariofil. çinçi. pipis lōgi macis. cardamomi maioris. añ. ℥. ſ. croci. ℥. ij. galange. ℥. i. ligni aloes. ℥. ij. ſ. pistenṫ nō multū subtiliter ꝛ pmittātur stare in dicto syrupo per diem nālē ꝛ aromatiçeṫ si tole

rat sumptus cum musci.ʒ.ij.postea coletur per sacculuz totiens reiterādo in eodem sacculo ꝙ exeat bene clarū: ⁊ obseruet̃ ordo dictus in precedēti capl'o in ipsuz capiē do. ¶ Itē in introitu prādij sumat circa.ʒ.ij.huius dia/ spoliticon cum melle ⁊ totidē in fine in tēpore hyemis. ℞.folioꝝ rutbe mediocriter siccoꝝ.piperis albi:cimini prius infusi in aceto per diem ⁊ noctez:⁊ postea exiccati. añ.ʒ.i.salis nitri.ʒ.iij.mellis dispumati.lib.i.ſ.confice si/ mul:fiat electuariū.ꝙ si ꝓpter rutbam ⁊ sal nitrū nō to/ lerat ita capere frequenter sumat.ʒ.ij.diatrionpiperon simplicis.Sunt enim plures eius cōpositiones.⁊ obser/ uet̃ in istis electuarijs ꝯficiendis ꝙ mel sit optimū ⁊ dis/ pumatum bene ⁊ coctuz:⁊ pipera sint grauia absq₃ cor/ rosione:⁊ ꝙ nō sint species plurimum subtiliter pistate. ¶ Itē bonum est oino ꝙ ab vmbilico infra teneat em/ plastrū de baccis lauri descriptū a Mes.distinctiōe.xi. Et sup stomachuz ab vmbilico supra teneat cerotū Gal. descriptū a Mesue: cui addat̃ ad qualibet.ʒ.galliemu/ scate descriptōis Nicolai laudani ⁊ colophonie.añ.ʒ.i.⁊ ista innouent̃ ſm ꝙ videt̃ doctori presenti conuenire. ¶ Euacuatio aūt fiat per clisteria: ꝙ si qñ videret̃ p̄nti doctori ꝯuenire euacuatio per potuz fit vel cum mirabo lanis kebulis decoctis in decoctione passulaꝝ quātitate sufficiēti.Uel cum aqua balnei ꝑorete:tolerabit enim vsq₃ ad lib.xv.in vno mane sumēdo ex iteruallis tertie partis hore lib.iij.pro vice calidas. Alia vo solutiua nisi aliter ꝯstante virtute sibi non darem.

¶ Sed pro illo catarro descēdēte d₃ vti caputpurgijs ma sticatorijs gargarismis: vt statim dica₃.Et p̄ter illa loca/ lia sunt apponēda capiti modo inferius dicendo. ¶ Ca/ putpurgiū aut cum succo radicum ⁊ folioꝝ blitis calido trayciēdo per nares:aut ꝓuocādo sternutationem cum pipere puluerizato vel radice ellebori albi:aut qđ valde est vtile faciēdo tentas ex radice panis porcini recentis ſm lōgitudinez medietatis digiti auricularis ⁊ grossitiē sufficiētem ad intrāduz intra nares:⁊ teneant̃ per quar/ tam vel mediā:sed in istis attendat̃ ne faciāt fluere san guinez. ¶ Masticatoria vo sint aut ex sola mastice:aut qđ est fortius ex duabus partibus masticis et vna pipe/ ris integri:aut qđ est fortius loco piperis ponendo stafi/ sagriam. ¶ Gargarismata vo sufficiunt ex aceto distilla to:vel ex aqua mellis cum pipere: ⁊ oīa ista debent fieri ieiuno stomacho:⁊ si potest post emissionē egestionum. ¶ Sed caput ipsuz d₃ abradi in parte anteriori:⁊ omni mane fricari cum ista aqua calefacta fricationibus leni/ bus. ℞.aque vitis ex optimo vino distillate lib.iiij.nu/ cismuscate.ʒ.i.gariofil.ʒ.i.folliculoꝝ sene sticados ara/ bici.añ.ʒ.ij.cōtundant̃ grosso modo ⁊ infundātur in p̄di cta aqua vitis per duos dies: ⁊ seruet̃ in vase vitreo bñ obturato:⁊ sufficit de mane ꝙ.ʒ.ſ.istius aque calefiat:et cum ea fricet̃ caput in directo cō missure coronalis frica tione nō aspera quousq₃ tota ꝯsumat̃.ʒ.ſ.deinde sup lo co ponat̃ cerotū factuz de sandaracha dissoluta cuz pau/ ca aqua maiorane. ¶ Et si videtur p̄nti doctori ꝙ sit ne cessariū cauteriū:aut ꝓfundum:aut cutaneum pōt face/ re cum empl'o de sinapi descripto a Mesue:ꝙ si nō suf/ ficit addat cātaridaruz quartā ptem:aut si ꝓfundū vult fiat cū ferro ignito.aut si hoc timet fiat cū coagulato ex capitello saponis ligdi:⁊ teneat̃ diu aptū:nō tñ ita ꝙ ce/ rebrū debilitet̃. ¶ Et est bonuz ꝙ odoret nigellā torre/ factā infusam in aceto quā habeat ligatā in syndone ad modū pomi sepe ad odorāduz:⁊ ꝯfert si de nocte teneat in ore inter genā ⁊ dentes vnā spicā nardi integram.

¶ Ad eius ꝯfortationē est vtendū ante cibuz electuario qđ fit de carnibus caponū ꝯfectuz:ita vt cum lib.i.car/ nium pistataꝝ ponat̃ amigdalaꝝ mūdataꝝ:granoꝝ pi/ ni maioꝝ medulle seminū cōmuniuz frigidoꝝ.añ.ʒ.i.ſ. cinnamomi:cardamomi:carpobalsami:coralloꝝ rubeo/ rum.macis.been albi ⁊ rubei:vtriusq₃ sandali.gariofil. çinçiberis.ligni aloes.croci.ossis de corde cerui.pipis al/ bi.piperis lōgi.añ.ʒ.i.syrupi facti cum brodio dicti capo nis ⁊ çuccharo albo quantum sufficit ad omnia cōficien/ da.dosis circa.ʒ.i.pro vice.

¶ Et qꝛ de corde cogitāduz est semꝑ d₃ hr̄e hō sacculum iuxta cor nisi qñ ponent̃ epithimata humida.naz ⁊ si vi/ deatur multotiēs ex pulsu nō febrire habeo rōnes mihi suadētes ꝙ febrit habitudinalr̄:sacculus aūt est iste. ℞. rosaꝝ violaꝝ:floꝝ boraginis ⁊ buglosse ⁊ nenufaris vtri usq₃ sandali.añ.ʒ.i.ſ.corticuz citri.ʒ.i.gariofil.nucis mu/ scate.macis.been albi et rubei.croci.ligni aloes. gallie/ muscate.añ.ʒ.ſ. cimature scarleti. M.i.fiat sacculus in syndone rubea:⁊ cū eisdē spēbus dissolutis in aqua rosa/ ta ⁊ aqua endiuie ⁊ aqua buglosse ⁊ aqua nenufaris.añ. ʒ.vi.fiat epithima humidū qđ apponat̃ cordi ante pran/ diū ⁊ ante cenā. ¶ Et si ꝯcedat gr̄a a deo ꝙ v̄tus digesti ua stōchi ⁊ itestinoꝝ ꝯfortet̃.tūc ꝯuertat̃ omne studiuz ad curā male cōplōnis calide ⁊ sicce habitualis in corde ⁊ toto:cuz cibis:cum potibus:cū ꝑparatiōe aeris:cū bal/ neis:cum epithimatib⁹:cum lacte asinino:cum trociscis cāphoratis:⁊ ad vltimū cuz piceatione corpis vt ego bñ scio optime scire illos clarissimos doctores:ad quoꝝ ma nus est vēturus. ¶ Ego aūt vt facerē satis pro virili pte volūtati.I.D.M.Mātue quem colo:⁊ ex debito semꝑ cola₃ vt dedi lucubrationē vnā vt ei ꝯsulerem:nō qꝛ pu tarem necessariū vel vtile in p̄sentia taliū doctoꝝ ad q̄s est vēturus.⁊ deus sit dator auxilij. ¶ Ex Ferraria die xxiij.Nouembris.M.cccc.xxxij.

¶ De stupore brachioꝝ. Consilium. XX.



Ista domina patit̃ stuporē in brac/ chys et aliqñ fuit in ꝓpinqua dispōne ad paralysim ⁊ etiā sentit qñq₃ caliditatē in pte anteriori capitis.

¶ Utat̃ cibis ⁊ potib⁹ exiccatiuis:sicut sunt carnes auiuz ⁊ leporis ⁊ caprioli ⁊ capreti vel vituli assa ti.⁊ ꝯdiant̃ si elixant̃ cum çinçib.⁊ origano vel pipe vel thimo vel hyssopo:⁊ nō sumat nimiā carnis quātitatez. imo minoret cenā saltem de medietate respectu ꝯsueti. ¶ Et in potu meli⁹ eēt ꝙ sumeret aquā mellis:ꝙ si nō pōt bibat vinū paꝝ rubeuz tēpatū cū ea:⁊ oino parū bi/ bat ⁊ nō dormiat in die: ⁊ laboret ieiuno stōcho laborā/ do ⁊ exercēdo se per domū. ¶ Et habitet in camera iter duo solaria:⁊ caueat a frigore. ¶ Et omni die hēat bñfi/ ciū vētris. ¶ Purget̃ nūc ħ mō. ℞.radicū apij:radicuz feniculi.añ.ʒ.i.sgnāti:seminis feniculi: anisi petrosilini: siseleos:costi:cētauree minoris:çinçi.cinamomi sticados arabici.añ.ʒ.ij.aque lib.vi.coquant̃ lento igne q̄usq₃ re/ maneāt lib.ij.⁊ colet̃ ⁊ addat̃ mellis dispumati.ʒ.viij.⁊ fiat syrupus lōgus pro sex vicib⁹ sumat̃ calidus in auro/ ra. ¶ Sūpto syrupo purget̃ sumēdo has pillas. ℞.pillu laꝝ fetidaꝝ.pillarum cochiarū.pillulaꝝ aggregatiuaꝝ. añ.℈.i.fiāt septem. ¶ Ite₃. ℞.pillulaꝝ de iera cuz aga/ rico.ʒ.ſ.fiāt.xxviij.sumat omni septimana semel quinque pro vice qñ vadit dormitū. ¶ Itē. ℞.çinçi.minute icisi ⁊ pipis itegri.añ.ʒ.ij.masticis.ʒ.i. staphisagrie.ʒ.i.ſ. ma/ sticet̃ oī mane mediū codear de eo. ¶ Item. ℞.olei de pipib⁹.ʒ.iij.olei vulpini.ʒ.ij.cere parū:⁊ fac vngtū quo inungat̃ pars posterior colli ⁊ spina vsq₃ ad mediū post purgationez. ¶ Itē. ℞.stapbisagrie pipis.añ.ʒ.ij.aque lib.i.ſ.bulliāt simul vsq₃ ad tertie partis ꝯsumptionez: postea coletur.⁊ addat̃ oxymellis cōpositi.ʒ.iiij.pro gar/ garizando

garizando ieiuno stomacho.

¶ De mortificatione articuloꝝ peduʒ. Cõsiliũ. XXI.



Asus huius nobilis viri dat⁹ est mihi i hac forma. Iste est cholericus adustus qui ꝓpter nimios labores ꝗs fecit equitãdo tꝑe frigido ⁊ hyemali intãtuʒ infrigidat⁹ est ꝙ mẽbra ista.s.pedes sic infrigidata sicut mortua fuerũt:⁊ ex nimia infrigidatione postmoduʒ ita calefacti sunt ꝙ tñ vnus articulus accidit ꝙ sanus sit ꝙ mõ sentit:⁊ etiã articuli ita infrigidati sunt ꝙ illos nõ sentit:⁊ iste est hõ.lxij.annoꝝ queritur an iste de tali macula possit curari an nõ:⁊ ꝑ quẽ modũ:solũ hoc mihi scriptũ est:ʒ ille nobilis qui tulit cedulã dixit mihi ꝙ frigus ⁊ labores ꝑcesserũt casuʒ illi⁹ articuli:⁊ ꝑ multos annos in ꝗbus dictus patiẽs fuit sanus:⁊ ideo iterrogaui de voce istius viri ⁊ dixit mihi ꝙ nõ est valde clara:⁊ ꝗꝗ sit paucũ illud qđ puto esse verũ ⁊ cõsulã:reliquũ aũt qđ possit eẽ:sed nõ puto ꝙ sit pena in fine cuʒ suo regimine.dico igit̃ ꝙ iste nobilis passus est in illo articulo herpestiomenũ:⁊ ꝙ isti alij qui nõ sentiunt. sunt in via ad hãc passioneʒ ⁊ nisi ꝓuiderint ꝯtinue ꝓcedit augendo.et cã egritudinis fuit mã cholerica adusta grosse sube oppilãs ita poros mẽbri vt ꝓhibeat trãsitũ ad mẽbra spũs: ⁊ sui maligna qualitate corrũpit mẽbri subam:⁊ hec mã per sui cõplexioneʒ nãlẽ:⁊ fortasse multo magis per malum regimen multiplicat̃ in epate ⁊ venis eius:⁊ postea paulatim trãsmittit̃ ad mẽbra debilia sicut sunt pedum articuli in eo ꝓpter multas cãs. In hac ergo dispõne p̃mo est gñalis intẽtio ad ꝓhibẽdum materiei multiplicationẽ. 2° est intentio spãlis ad loca lesa curanda ⁊ reliqua vicina conseruãtur.

Incipiamus ergo a p̃a cum dei bñdictione que habet tres ꝑtes.p̃a est de regimine vite.scđa de digestione ⁊ euãtione materie.tertia est de rebus medicinalibus tẽperãtibus epar ⁊ venas ꝓhibendo huiusmodi cholere generationem.

¶ Quãtuʒ ad p̃m dʒ habitare in aere claro tendẽte ad humiditatẽ ⁊ frigiditatẽ:lʒ nõ excessiuã ⁊ vitare aereʒ calidũ:⁊ siccũ:⁊ fumosuʒ:⁊ ꝑsertim si fuerit fumus rerũ acutaꝝ sicut sulfuris ⁊ siliuʒ:imo dʒ euitare habitationẽ locorũ vbi sunt odores fetidi:sicut fimi equini ⁊ colũbini vel gallinacij ⁊ silium:⁊ aerem vbi sunt odores acuti sicut allioꝝ ⁊ ceparum ⁊ porroꝝ ⁊ pipis ⁊ zinzib.⁊ dʒ vitare aerem turbidum ⁊ ventos siccos.

¶ Itẽ nõ opʒ eum multũ laborare.imo sufficit ei ante cibum egtare gradatim sine multo peduʒ labore:sed anteꝗ surgat a lecto effuso vẽtris onere si põt faciat se fricare cuʒ mãtili leni nõ aspero ⁊ leuiter fricãdo totũ corpus:sed qñ fricant̃ pedes ⁊ crura ⁊ coxe fricent̃ trahẽdo supius ab iferiori:⁊ sint fricationes in istis locis leuiores alijs:⁊ vitet oẽm fortem laborẽ corporis.ꝑcipue tꝑe calido ⁊ in loco calido ⁊ ꝑcipue stare rectus sup pedibus et hr̃e stricta calciamenta:aut tenere pedes pendẽtes sunt ab eo vitãda ⁊ adhereat quieti pedibus pausantibus:et nõ multum deorsum tendẽtibus.

¶ Item dormiat horis septẽ si põt vel octo in die nãli:⁊ dormiat ꝯueniẽter cooꝑtus: ⁊ p̃ sup latere dextro ⁊ sup sinistro:post stet plurimũ ⁊ iacere in lecto decẽ horis est sibi vtilius ꝗ citius surgere. ¶ Or si somnus ei nõ aduenerit comedat oi sero qñ põt hr̃e ferculum de lactucis cũ modico aceti:aut cũ vino granatoꝝ:aut cuʒ agresta.⁊ si lactuce nõ inueniunt̃ vt in hyeme vtat̃ decoctione papaueris albi in suis ferculis ⁊ amigdalis dulcib⁹.⁊ lauet sibi ante cenã bracchia ⁊ man⁹ ⁊ faciẽ cuʒ ista decoctione. ℞.violarũ.ʒ.ij.seminis lactuce.ʒ.i.capitũ papaueris albi numero.xv.ordei lib.i.coquant̃ oĩa in aqua sufficiẽti lento igne quousqʒ aqua toleret̃ ⁊ cuʒ illa fiat lauãda dicta. ¶ Or si ista nõ sufficiant inungat sibi timpora nares ⁊ testiculos ⁊ cum oleo violato aut cuʒ oleo de papauere albo. Et oĩno vitet nimias vigilias ex quacũqʒ cã.

¶ In cibis aũt ⁊ potibus opʒ hr̃e singularẽ diligẽtiam et debent esse cibi sui absqʒ salsedine absqʒ acuitate atqʒ amaritudine:⁊ nõ debẽt esse multe dulcedinis nec multũ vnctuosi:sed debẽt esse insipidi quo ad sapores extraneos:tolerant̃ autẽ si participãt leui stipticitate aut leui acetositate sicut sunt quedã poma ⁊ quedam granata et possunt participare leui dulcedine qualis inuenit̃ in proprijs pomis ⁊ amigdalis.

¶ Incipiamus aũt a pane dicẽdo sigillatim:panis dʒ esse mediocriter fermẽtatus:mediocriter coct⁹:⁊ sine sale ex optima farina frumẽti mũdi cui nulluʒ aduenerit nocumẽtũ. ¶ Carnes sibi ꝯueniẽtes sunt carnes ꝑdicuʒ vituloꝝ ⁊ pulloꝝ paruoꝝ:lactãtiũ capretoꝝ ⁊ agnoꝝ annualiũ castratoꝝ ⁊ paruaꝝ auiuʒ:exceptis colũbis ⁊ passeribus. Sed carnes salitas ⁊ carnes veteres cuiuscũqʒ ꝯditionis iteriora aĩaliuʒ anseres ⁊ anates mergos ⁊ carnes porcinas leporinas ⁊ ceruinas dimittat.capriolibus aũt iuuenibus põt vti ⁊ porcis syluestribus ⁊ iuuenibus ⁊ recentibus.⁊ reliquas oẽs carnes dimittat.lac ⁊ caseus diuersis respectibus sunt sibi incõuenientes cibi.

¶ Oua gallinaꝝ recẽtia si comedant̃ tenella multe decoctiõis nõ cocta cũ caseo neqʒ frixa sunt sibi bona. ¶ Pisces vͦo recẽtes qui nõ sunt multũ magni hñtes.s.squamas ⁊ boni odoris delectabilis saporis oẽs sunt ꝯueniẽtes siue de libero mari siue de fluuio siue de lacu non cenoso fuerint. Fetẽtes vͦo ⁊ nõ hñtes delectabilẽ saporeʒ: aut reddẽtes saporẽ luti:aut non hñtes squamas:aut nimium magni oĩno sunt mali.⁊ peiores oĩbus sunt sicci ⁊ saliti.⁊ nõ comedant̃ in vna mẽsa cum lacte vel caseo.

¶ De granis ꝯueniũt ei ordeũ ⁊ spelta miliũ ⁊ paniciʒ: ꝑsertim qñ fiũt fercula ex eis decocta cuʒ carnib⁹ laudabilibus.⁊ tolerant̃ pisa. Sed cicera ⁊ lẽtes ⁊ faseolos dimittat:fabe aũt melius tolerant̃. ¶ De herbis ꝯueniũt endiuia lactuca precipue ⁊ borago ⁊ buglossa spinachia acetosa cicorea ⁊ lactuca leporis lapaciũ acutũ ⁊ portulaca. ¶ Sed caules absinthij abrotanuʒ vtrqʒ oẽs hñtes multã acuitatẽ ⁊ amaritudinẽ vel nitrosam ⁊ melicam subaʒ sunt male in cibo. ¶ De radicibus radix endiuie syluestris cocta eẽt valde vtilis cuʒ pauco aceto vel agresta. Sʒ raffani ⁊ pastinace ⁊ cepe porri ⁊ radices feniculi petroselini ⁊ oẽs isti acuti odoris dimittant̃.rape autẽ ⁊ napones tolerari pñt. ¶ De fructib⁹ poma pira sunt conueniẽtia.sʒ coctona ⁊ ꝑsica ante alios cibos in ꝑua ꝗtitate.pruna matura ⁊ imatura:granata dulcia ⁊ nõ dulcia ⁊ cerasa acetositatẽ hñtia citrãguli:⁊ acetositas citri ⁊ quedã nespille post cibũ ⁊ vue nõ multũ dulces ⁊ amigdale dulces sunt ꝯueniẽtes dimittat̃ de oi nimia quãtitas.fugiat ficus siccas ⁊ oliuas salitas ⁊ cappares ⁊ reliq̃ in sale ꝯseruata.nuces ẽt sunt dimittende ⁊ auellane. Castanee aũt tolerari pñt cucurbitas ⁊ cucumeres secure in ferculis comedant̃. ¶ A spẽbus abstineat se quãtum põt.

¶ Potus eius melior est vinum album temperatũ cum aqua in estate:⁊ debet esse pauciferum ⁊ nõ nimiũ abũdet in potu. ¶ Ciboruʒ autem preparatio melior est per se elixatio inter cetera.

¶ Debet prouidere ꝙ venter sibi rñdeat salteʒ semel in duobus diebus:⁊ quãdo aliter nõ respõdet iuuetur cuʒ clisteri.aut sumat in ꝑrãdio coclear vnuʒ istius electuarij. ℞.violaꝝ siccarũ.ʒ.ij.folliculoꝝ sene.ʒ.iij.epithimi.ʒ.i.tamarindoꝝ purgatoꝝ a suis nucleis.pulpe prunorũ

ſiccoꝛuʒ.añ.lib.ʒ.pulpe caſſie:ſyrupi violati.añ.ʒ.i.ʒ.mi/
ſce oīa ſimul piſtādo piſtāda:⁊ ſeruenť in vaſe vitreo.
¶ Aut ſumat aliquādo deglutiendo in auroꝛa quantita/
tem auellane de terbentina.
¶ Caueat oīno ab ira:⁊ rixa:⁊ triſtitia ⁊ magna cogitatio
ne ⁊ venereis ⁊ ſilibus.vtať gaudio tēperato ꝯuerſando
cum pſonis ſibi dilectis ⁊ audiēdo placita: ⁊ hꝰ ſufficiāt
pꝛo pͥma parte generali intentione.

Pꝛo ſecūda pte dʒ omni anno in menſe Apꝛilis
purgari accipiēdo hꝰ ſyrupū.℞.ſy
rupi de fumo terre:ſyrupi de epithimo.añ.ʒ.ʒ.ſyrupi vio
lati.ʒ.i.aque bugloſſe.ʒ.i.aque endiuie.ʒ.ij.⁊ eſt ſyrupus
pꝛo vna vice:ſumať calida in auroꝛa ſex vicibꝰ. ¶ Sū/
pto ſyrupo purgeť cum iſta medicina.℞.cōfectiōis ha/
mech.ʒ.ij.electuarij de ſucco roſ.ʒ.ʒ.pulpe caſſie.ʒ.vi.
diſtēpereť cuʒ decoctione violaꝝ prunoꝝ:tamarindoꝝ
paſſulaꝝ ⁊ ligritie.⁊ fiat medicina que bibať calida vna
hoꝛa ante dieʒ ⁊ ſupdoꝛmiat vſqꝫ ad dieʒ:poſtea aūt nō
doꝛmiat neqʒ comedat neqʒ bibat niſi cōpleta opatiōe
medicine:ſumat bꝛodiuʒ:poſtea prādeat leuiter:fcā illa
purgatiōe dʒ ſumere oī mēſe ſel' diapꝛunis ſolutiuis.ʒ.ʒ.
¶ Itē in mane vtať triaſandalis ⁊ in veſpe tpe eſtatis
bibet.ij.vel.iij.ʒ.ſyrupi viol'.vel ſyrupi de acetoſitate ci/
tri tribꝰ hoꝛis ante cenā cum aq̄ frigida. ¶ Itē ꝯuenit ei
cucurbita ꝯfecta cū çuccharo.aut diacitonitate cuʒ çuc/
charo:aut pira ⁊ poma ꝯdita cuʒ çuccharo:aut çucchaꝝ
roſ.poſt cibū ⁊ diapꝛunis nō ſolū tātuʒ ante cibū ⁊ çuc/
charuʒ roſatū:⁊ illa ſunt ſufficiētia quātū ad aliā partē.

Deſcendēdo autē ad pticularia partis leſe:opʒ
eniʒ ꝯſiderare ꝙ aut nullus eſt di
gitus qui denigreť vel qui ſit denigratꝰ vel tumidus vel
aliqs eſt talis ſi nullus eſt talis videatur an in loco vnde
remotꝰ eſt digitꝰ ſit gñata cicatrix bona:⁊ tūc illud qꝺ re
māſit totuʒ eſt ſanū ⁊ nō indiget niſi regimine iſto vl'i.⁊
aliqñ leui flōmia de groſſioꝛi vena que inueniť in doꝛſo
pedis iter mediū digitū ⁊ minimū:⁊ ꝙ qñqꝫ laueť ieiu/
no ſtōcho cuʒ aqua decoctiōis anheti. ¶ Sʒ ſi nō eſt fa/
cta cicatrix in loco vnde remotꝰ eſt digitꝰ opʒ factis pur/
gationibꝰ gñalibꝰ ſupꝛapoſitis ad quas faciēdas:ſi ita nō
eſt expectet tēpus:⁊ facta poſtea flōmia de aliqua vena
groſſioꝛi apparēti circa iūcturā pedis in loco ſano pedis
omni die ſuppone dʒ defenſiuū vnguētū lotuʒ quatuoꝛ
digitis ⁊ locus vlceris opʒ ſi vult verā ſanatiōeʒ ꝙ inci/
dať cuʒ cultello foꝛti ⁊ ignito.vel ſi ſit ibi os ⁊ ſit nec͠ius
ictus foꝛtis cuʒ malleo ꝑpareť parua ſecuris ⁊ incidať ⁊
ſepareť a toto tota pars īfirma.⁊ ſi vicina eēt aliq̄ iūctu/
ra melius eēt incidē in iūctura etiā ſi pteʒ capet de ſano:
⁊ ſtatim facta inciſione debet locus cauteriçari cuʒ ferro
ignito:⁊ poſtea curari cū vnguētis remouētibꝰ eſcarā:et
pōt facere cum pulte vel empl'o facto de farina fabaꝝ ⁊
melle.⁊ remota eſcara curari dʒ cuʒ vnguētis incarnati/
uis.⁊ vltimo cū cicatriçatiuis ſicut curanť alia.⁊ iſta eſt
vera cura ⁊ ſecura.nā qñ pcedimus cuʒ medicinis mul/
totiens cadit erroꝛ. ¶ Si v͛o īfirmus nō tolerauerit hāc
manerīe pp timoꝛē:tūc ſaltē totū qꝺ eſt moꝛtificatū ab/
ſcindať libere:⁊ pars vicina que remanet adhuc infecta
dʒ ſcarificari cū raſoꝛio faciēdo ſcarificatiōes plures ꝓ/
fundas tātū quātū egritudo ꝓfundať:⁊ factis ſcarifica/
tiōibꝰ vt mā mala exeat dʒ locꝰ embꝛocari cuʒ liſciuio ⁊
aceto ⁊ ſale ꝓijciēdo tot ab alto tepidū ſup locū ſcarifica
tuʒ q̄ntitatē triū libraꝝ paulatim paulatim:⁊ poſtea ſic/
ceť cū pānis:⁊ ſup eūdē locū ponať vngtm̄ egyptiacū qꝺ
fit iſto mō.℞.mellis.ʒ.xiiij.aceti foꝛtis.ʒ.vij.floꝛis eris:
ſiue viride eris.ʒ.v.olibani minuti ⁊ ſubtiliſſimē pulue
riçati.ʒ.ij.ʒ.coq̄nť ad ignē vſqꝫ ad ſpiſſitudinē. ¶ Et ſup
ptē ſanā ponať defenſoꝛiuʒ qꝺ fit h̄ mō.℞.boli armeni
lib.i.ſanguīs dꝛaconis terre ſigillate.añ.ʒ.ij.aceti ⁊ albu
minis oui.añ.q̄ntū ſufficit ad faciēdū totū ad modū vn/
guēti:⁊ ponať ſup ſanā partē. ¶ Oꝛ ſi in pͣ vel in 2ͣ vice
nō vides paulatiʒ carnē nō moueri quā ſcarificaſti ꝓijce
ſup colcotar pulueriçatū.aut aliqd aliud foꝛtiꝰ cauſticū:
iuxta ſnīam pn̄tis chirugici.Et qñ cōbuſſerit ptē carnis
mollificeť cuʒ butyro q̄uſqʒ cadat pars illa:⁊ totiēs hoc
fiat īnouādo medicinā cauteriçatiuā ⁊ poſt ipaʒ apponē
do butyruʒ. ¶ Si v͛o eſt vnus digitꝰ vel plures qui iam
nō ſentiāt:⁊ ꝙ caro ſup eis tendat ad nigredinē:illi ſunt
incidēdi ⁊ reſiduū cauteriçādū:vt eſt dictuʒ ſupꝛa. ¶ Et
ꝯſidereť duo.pͫ eſt ꝙ ſi non fiat hoc mō coꝛruptio ma
gnificabiť ⁊ pambulabit per pedē:⁊ erit tūc nec͠ium ab/
ſcindē pedē itegrū ſicut nūc eſt dictū de articulis:aliter
ꝓduceť ad moꝛtē. ¶ Scōm ꝯſiderādū eſt ꝙ qñ eēt cu
ratꝰ obſuet regimē iſtud:aliter nō eēt mirādū ſi rediret
hec coꝛruptio ad aliū locū piculoſioꝛē ⁊ faceret moꝛtē.⁊
hoc ego pluries in pluribꝰ vidi:⁊ opʒ ꝙ exequeť ea que
ego dixi:ꝑcipue quo ad ptē chirugie ipʒ hr̄e bonū chiru
gicū pn̄tē qui cogſcat loca inciſionis faciliora ⁊ terminū
ſup carnē bonā ⁊ malā ⁊ ſciat quot vicibꝰ opʒ admiſtra/
re medicinas cauteriçatiuas:⁊ q̄nto tpe alia q̄ ſunt dicta.
¶ Uerum qꝛ qñqʒ coꝛruptio extremitatū nō ſolū eſt pp
herpeſtiomenū ⁊ ſcachilos:ſʒ pp leprā dʒ iſte nobilis cō
ſiderare ſi in eo vox eſt facta rauca:⁊ ſi pili cadūt de bar
ba:et ſi veniunt ſibi puſtule male in facie aut in reſiduo
coꝛpis. Et ſi h̄ eſt qꝺ deus auertat nihil habebit facē de
cauterijs iā dictis:nec de ope chirugie:ſed opʒ ꝙ obſuet
regimē ſupꝛadictū de vſu exercitij ⁊ quieti ſomni ⁊ vigi
lie aeris cibi ⁊ potꝰ euōnis ⁊ repletiōis ⁊ accn̄tiū aīe:⁊ ꝙ
comedat de illis ꝯfectiōibꝰ refrigeratiuis.⁊ aliqñ faciet
leues purgatiōes cum electuario iſto facto cū caſſia ⁊ ſy/
rupo violato: ſed purgationē gñaleʒ ſpectet facere vſqʒ
ad tp̄s ſupꝛadictū. ¶ Et mēbꝛa leſa debēt inūgi cuʒ vn/
guēto de ceruſa qꝺ fit hoc modo.℞.merda ſengi ceruſe.
añ.ʒ.vi.plūbi vſti:ſcoꝛie ferri:argēti viui extincti cū ſali
ua.añ.ʒ.v.maſticis olibani.añ.℈.ij.olei roſ.⁊ aceti tātū
quātū ſufficit terantť terenda ſubtiliſſime in moꝛtario:⁊
poſtea ponať paꝝ olei ⁊ paꝝ aceti:⁊ cū illo piſtello incoꝛ
poreť:⁊ ſic ſucceſſiue iūgēdo paꝝ olei ⁊ paꝝ aceti q̄uſqʒ
totū īpingueſcat ad modū vnguenti:⁊ in fine addať pro
vnaquaqʒ vncia vnguēti cāphoꝛe.℈.i.quē diſſoluať in
aceto ⁊ oleo:⁊ poſtea incoꝛpeť cū dicto vnguēto. ¶ Hec
ſunt que mihi vidētur ſufficē eē nec͠ia in hac diſpōne:lʒ
potuiſſent multa dicere circa hūc actū chirugie que ego
ſuʒ exptꝰ eſſe:qñqʒ nociua:qñqʒ vtilia:⁊ qñqʒ ſupflua.⁊
h̄ ꝯſiliū eſt factū per me magr̄m Ugo.Bētium medicū
Seneñ.Papie die pͦ Decēbꝛis.M.cccc.xx.

¶ De catarro et multo ſomno et pꝛeparatione ad coli/
cam. Conſilium. XXII.

Caſus huius nobilis viri eſt capitis
humiditas cum mā ca
tarriçāte ⁊ ad ſtomachū deſcēdēte ⁊ faciēte
ipm multū doꝛmire:⁊ ꝓpter hoc etiā para/
tus eſt ad cholicam ⁊ vētoſitatē ⁊ retētioneʒ
fecum:⁊ timet impinguari in ꝓceſſu etatis:⁊ ꝯſtat ꝯſide/
ranti pꝛedicta ꝙ ille pōt pꝛeſeruari.qꝛ lapſus eſt in frigi/
ditate nāliter ⁊ humiditate tam ſm cerebꝛuʒ q̄ʒ ſm ſto
machū ⁊ inteſtina:ad quē lapſum ſequunť iſta acciden/
tia ſupꝛaſcripta.faciam ergo ꝯſiliuʒ inuocato diuino au/
xilio incipiendo ab aere vt decet.
¶ Sit aer ſue habitatiōis calidus ⁊ ſiccus:nō tamē mul/
tum recedēs a tēperamēto:ita ꝙ habitet in camera iter
duo ſolaria aperta ad oꝛientē ⁊ permittat in mane aereʒ
per ſolē

per solem rectificari. Et in tēpoꝛe frigoꝛis calefaciat cū igne lignoꝝ siccoꝝ: ꝛ cōfert sibi in estate ingredi stuffaꝫ siccā ad sudandū in ea: sed nō est cōueniens stuffa humida ꝛ balneatio in aqua dulci tepida: ꝛ caueat ventos meridionales ꝑcipue: ꝛ caueat moꝛā sub radijs lune: ꝑsertiꝫ de nocte ꝛ intrātib⁹ ꝑ fenestras: ꝛ nō habitet camerā terrenā nec loca ꝓpinqua vallib⁹ ꝛ aquis ꝛ stagnis.

¶ Omni mane euacuatis supfluitatib⁹ ꝑme digestionis ꝛ secūde exerceat se exercitio ambulādi: ꝛ īcipiat gradatim ꝛ leui ascēdendo ad foꝛti⁹ ꝛ velocius ꝛ duret ad minus per hoꝛaꝫ: ꝛ ita ꝙ incipiat fatigari: ꝛ tunc paulatim remittat motum suū: ita ꝙ tandē quiescat: ꝛ tunc faciat sibi leuiter fricari caput ꝛ tergere.

¶ Debet doꝛmire in loco calido ꝛ bene coopertus ꝛ hēre in capite hoꝛa somni plus ꝙ̄ de die: ꝛ nullo mō doꝛmiat capite discooperto: ꝛ sit situs suus cū capite eleuato. Et primo sup latere dextro. deinde super sinistro: ꝛ in fine super dextro: ꝛ doꝛmiat in nocte nō in die: ꝛ sit somn⁹ circa hoꝛas. vi. vel. vij. in die nāli: ꝛ nō doꝛmiat resupinus: nec statim post repletionē: imo expectet post cibū duabus hoꝛis anteꝙ̄ doꝛmiat: verū si tēpus nō hꝫ vt cōiter studētes in hyeme: sumat cenā leuioꝛē: ꝛ paꝝ potet in cena: nec tū statim post vadat doꝛmitū. ¶ Somn⁹ aūt meridianus est malus ꝛ vitet ipsuꝫ ꝙ̄tū pōt: ꝛ silr vitet doꝛmire in loco frigido ꝛ humido.

¶ Omni diligētia faciendū est ꝙ saltem aut semel aut bis habeat omni die ventris beneficium: ꝛ si nō cū alio: saltem sibi esset vltimū clistere cum decoctione anisoꝝ ꝛ feniculi ꝛ blitarū. aā. M. i. ꝛ post coletur ꝛ in colatura ponaꝛ olei anhetini. ℥. iij. ierepigre. ℥. i. salis. ʒ. ij. ꝛ fiat clistere. Sed si h̄ est sibi graue: tūc ponam hic plura quoꝝ vnūqdꝙ̄ est sibi vtile ꝛ leue ꝛ sine custodia. ¶ Primuꝫ est ferculū factū cū mercuriali: aut cū extremitatib⁹ vrtice: coquēdo cū carnibus vel oleo: ꝛ ad danduꝫ bonū saporē ponēdo int⁹ aliqd de calamēto: aut hyssopo: aut thimo: aut de alijs herbis odoꝛiferis: ꝛ sumātur aū alios cibos. ¶ Scdm est capere quinque ficus siccas bene pingues ꝛ calefacere ad ignē: ꝛ eas in pn⁹ prādij comedere. ¶ Tertiū est ponere in ferculo vel bibere in pn⁹ prādij ʒ. i. hyssopi sicci. ¶ Quartū est vtili⁹ pro eo. s. cape in prādio. ʒ. i. thimi sicci in bꝛodio carniuꝫ: aut in aqua mellis. ¶ Itē loco istoꝝ pōt sumere quātitateꝫ ciceris de aloe. ¶ Iteꝫ hoc est vtile. ℞. medulle carthami. ℥. i. medulle ficuū siccaꝝ pinguiuꝫ. ℥. x. pistenꝛ simul in moꝛtario: ita ꝙ totū appareat vnum electuariū: ꝛ de eo capiatur quātitas nucis in introitu prandij: aliquo enim istoꝝ vtatur ad hoc vt venter sit lubꝛicus: cōuenit ēt primū bꝛodium cauliuꝫ bn̄ coctoꝝ ꝛ primū bꝛodium lentium.

¶ Cibus aūt eius dꝫ esse tendens ad caliditatē ꝛ siccitatē non multuꝫ: ꝛ abstersiuus subtilis facilis digestionis nō ventosus nō viscosus: ꝛ ideo panis ei⁹ dꝫ eē ex bono frumento anni sui: factus ex farina nō exqsite munda a fursure: ꝛ debet esse fermētatus ꝛ coctus multū ꝛ hn̄s aliqd salis ꝛ anisoꝝ secum cōmixtum: ꝛ non comedatur calidus vt defertur a furno nec post quartā dieꝫ: ꝛ fugiat panem azimū ꝛ nō bene actū ꝛ panē alioꝝ granoꝝ: ꝑcipue fabaꝝ. ¶ Carnes sibi cōuenientes sunt hedoꝝ ꝛ capꝛioloꝝ lactētiū paruoꝝ: maxime inter quadrupedes ꝛ toleranꝛ poꝛcoꝝ syluestriū iuueniliuꝫ ꝛ castratoꝝ annualiuꝫ ꝛ cuniculi ꝛ iuuenū ceruoꝝ. Male autē sunt boum ꝛ capretāꝝ ꝛ pecudum poꝛcoꝝ domesticoꝝ ꝛ agnoꝝ. ¶ Inter aues aūt melioꝛes sunt paruaꝝ auium degētiū in arboꝛib⁹ ꝛ pꝛatis ꝛ colūbaꝝ volare incipientiū ꝛ perdicuꝫ ꝛ turturū pulloꝝ ꝛ fasianoꝝ iuuenuꝫ: sed dimittanꝛ anseres ꝛ anates: ꝛ carnes alie auiuꝫ aquaticaruꝫ ꝛ grues ꝛ ciconie ꝛ meriguli: ꝛ vlr carnes multū veteres: aut multū nouiter nate ꝛ interioꝛa: excepto epate pulli: ꝛ capita oīa dimittanꝛ ꝛ colla: ꝛ melioꝛ est ps anterioꝛ versus coꝛ ꝛ in anterioꝛi melioꝛ est dextra: ꝛ caro rubea melioꝛ est pingui valde: debēt tū esse aīalis sani ꝛ mediocriter pinguis. ¶ Uitelli ouoꝝ gallinaꝝ recentiū ꝛ nō multuꝫ cocti sunt boni siue per se sumanꝛ siue cuꝫ aliquib⁹ herbis odoꝛiferis siue in ferculis: ꝛ cuꝫ alijs modis suaꝝ preparationū: ꝛ sunt melioꝛes sicū aromatib⁹ sumāꝛ. ¶ Sanguis animaliū coctus nō est bonus: lac toleraꝛ in estate: ꝛ solum acceptū cū melle aut çucchazo: sed tamē melius esset dimittere. Et caseus tam recēs ꝙ̄ salitus est malus: pōt tamē parū quid loco sapoꝛis in ferculis ponere: ꝛ paruꝫ post cibū comedere. ¶ Inter grana ꝛ legumina pauca inueniunꝛ cōuenientia: sunt. n. fere oīa ventosa: sed tū bꝛodiuꝫ cicerum est vtile ꝛ toleratur far ꝛ oꝛdeū ꝛ panicum ꝛ spelta: ꝛ dꝫ sumi cū pipere: vitāde sunt fabe coꝛ. cicerum lentes riçum frumētuꝫ. ¶ De herbis cōueniunt maioꝛana mentha oꝛiganū petrosilinū macedonicuꝫ serpilluꝫ absinthiū abꝛotanū rutha arthemisia calamētum pulegiū sisimbꝛiū hyssopus thimus saturegia matricaria herba sancti Ioānis saluia ꝛ similes: ꝛ toleranꝛ boꝛago: buglossa: mellissa: blita: spinachia: ꝑsertiꝫ mixte cū odoꝛiferis: sed mala est lactuca papauer poꝛtulaca solatrum: caules aūt hn̄t ꝯueniēs bꝛodiū: sꝫ rapicie nō sūt boni nutrimenti. ¶ De oleribus vitet raffanellos ꝛ rapas: ꝛ napones ꝛ pastinacā ꝛ cepas ꝛ poꝛros. Ista. n. generāt vētositatē ꝛ nō resoluūt eaꝫ. Sed pōt vti allio: qđ lꝫ ventositatem generet: tū plus dissoluit: ꝛ dimittat cucurbitas: ꝛ cucumeres: ꝛ capiat cappares salitos ꝛ anhetū ꝛ enulā radicē rosmarinū. Sparagos ēt cū pipe tolerare pōt. Fungos ꝛ tubera oēs fugiat oīo. ¶ De fructib⁹ ꝯueniūt fic⁹ sicce ꝛ vue passule ꝛ grana pini. raro autē alij cōueniunt nisi grana iuniperi ꝛ oliue salite: ꝛ bacca lauri: sꝫ sūt male ficus recētes ꝛ vue recētes. ¶ Pisces nō sunt boni in se: sed sumanꝛ cum aromatibus. s. pipere ꝛ pauco aceto ꝛ sale: ꝛ sint pui squamosi ꝛ ex fluuio bone aque aut libero mari: ꝛ silr saliti sint huius cōditionis. Cancri ꝛ gambri comedanꝛ simili modo. ¶ Et nō vtatur in vna mensa multa varietate ciboꝝ. Si tū vti cōtingat: tunc prepo nat subtiles ꝛ fluuidos: ꝛ minus ex toto edat.

¶ Potus suus sit vinum album paruū aut temperatum cum aqua: ꝛ si non habet albuꝫ sit pauce rubedinis: ꝛ sit oīno paruū: ꝛ fugiat vina potentia.

¶ In accn̄tib⁹ aīe pōt libere qn̄ꝙ irasci: ꝛ cogitare ꝛ meditari: sed ieiuno stomacho caueat hoꝝ supfluitates. Et hoc de regimine sex rerum nō nāliū.

¶ Sꝫ qa multiplicat flegma multū in capite ꝛ in stōcho: ideo nō sufficit sibi ad īegrā ꝑseruatōeꝫ solus vsus debitus vite in sex reb⁹ supradictis: ꝑcipue cū nullus fere ita ad iurgiū regimē facē possit: maxīe studēs. Et iō puto ꝙ in veris initio. s. in mēse Martij sit purgādus capiendo hūc syrupū. ℞. syrupi ace. cōpositi: oxymellis sql. aā. ℥. ß. mellis ro. colati. ℥. i. deꝛ cū. ℥. iij. decoctiōis ex aniso feniculo cina. ꝛ pipe: ꝙ̄ꝝ vniuscuiusꝙ sit. ʒ. i. ꝛ bulliuerint in lib. i. aq̄ vsꝙ ad medietatis ꝯsūptiōeꝫ. ¶ Sūpto syrupo purgeꝛ sumēdo has pillas: ꝛ sūt cū bōa custodia. ℞. pillulaꝝ cochiaꝝ: pillaꝝ fet. aā. ʒ. ß. fiāt. vij. ꝛ sumāꝛ in vice vna in auroꝛa ꝛ ea die caueat a frigoꝛe ꝛ non cōedat nisi trāsactis. vi. hoꝛis post eaꝝ assūptōeꝫ: ꝛ aū cibū ꝑ hoꝛā bibat. ℥. iiij. aq̄ cale cū. ℥. i. çuc. ru. Silr eꝫ purgatōeꝫ faciat circa pn̄ᵐ Octobꝛis. ¶ Et vtaꝛ in ferculis suis istis aromatib⁹: de qb⁹ in tpe frido ponat in bōa ꝙ̄titate. ℞. anisoꝝ cimini: seis feniculi. aā. ℥. i. galāge. ℥. ß. gariofi. cinamomi. aā. ʒ. iij. croci. ʒ. i. pipis albi ꝛ lōgi. aā. ℥. ij. çinçiberis albi

ʒ.i.pistenᵗ ⁊ fiant spẽs in puluere pro ferculis. ¶ Item ante prãdiuꝫ tẽpore hyemis si nõ sufficit ad vẽtositateꝫ remouẽdã ⁊ iflationẽ sumere spẽs dictas sumat.ʒ.i.diatrion pipereon. Item fortius est diaspoliticon qd̄ sic fit. ℞.seis ruthe:pipis albi ⁊ longi ⁊ nigri.añ.ʒ.ij. salis nitri ʒ.ß.mellis qd̄ sufficit. Itẽ fortius est electuariũ d̄ baccis lauri. ¶ Et ꝯuenit sibi multum ad oẽs intentiones suas catarri colice:⁊ diminuẽde piguedinis sumere semel in mense has pillulas. ℞.piperis nigri albi ⁊ lõgi gariof.salis indi origani çinçiberis cardamomi cinamomi seminis peonie.añ.ʒ.i.ß.mirabolanoꝝ nigrorũ.ʒ.iij. aloes ad põdus oĩuꝫ:⁊ fiant pillule cũ aq̃ ruthe:⁊ sumatᵗ.ʒ.i.cũ vino albo bono ante cibũ:⁊ sunt sine custodia. ¶ Si auteꝫ videtur sibi ꝙ male educãt tũc capiat de istis. ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ:seminis althee rosarũ siccaꝝ. añ.ʒ.ij. lingue auis:granoꝝ pini:seminis eruche:çinçiberis piperis longi:mirabolanoꝝ nigroꝝ belliricoꝝ: seminis sparagi: seminis vrtice piretri: squille assate. añ.℈.ij.aloes turbit.añ.ʒ.ß.diagridij.℈.ß.croci.℈.ij. confice pillulas cũ aqua ruthe:sumat.ʒ.ß.vsqꝫ ad vnaꝫ ⁊ sunt mirabiles. ¶ Confert etiã sibi masticare in mane masticeꝫ ⁊ piper ⁊ çinçi.⁊ piretruꝫ vnũquodqꝫ sigillatim: aut oĩa simul:⁊ spuere illud qd̄ ad os venit de humiditate: facere etiam sibi corrigiã de itestino lupi est valde vtile ⁊ ferre iuxta carnẽ. ¶ Et q̄ꝛ fortasse pillulas nõ facil'r sumit: ideo loco pillulaꝝ vellet capere ꝯfectiones solutiuas in vere ⁊ autũno:loco illaꝝ pillulaꝝ que supra scribunᵗ sumẽdo post syrupũ põt vti hac medicĩa. ℞. electuarij indi.ʒ.ij. diafiniconis.ʒ.i.ß.distẽpera cũ hac decoctõe. ℞.mirabolanoꝝ citrinoꝝ emblicoꝝ.añ.ʒ.i.ß. passularũ.ʒ.i. anisoꝝ feniculi dauci.añ.ʒ.ß.fac bulliri in lib.i.aque vsqꝫ ad tertiam partẽ remanẽtis. ¶ Et si põt vtaᵗ in mense bis clisterijs.huiusmodi etiam si nã mediocriter responderet. ℞.anisoꝝ carui ameos dauci.añ.M.i. cartami centauree minoris.añ.ʒ.ij.fac bulliri in lib.iij. aq̃ vsqꝫ ad consumptioneꝫ medietatis ⁊ cola ⁊ adde olei anhetini.ʒ.iij. ierepigre.ʒ.i.salis qd̄ suffic̃. ¶ Si v̄o dolor ĩuaderet statim a p̃ncipio faciat hoc dictum clistere:⁊ si sufficit bene est:si autẽ nõ sufficit itereᵗ ⁊ venter calefiat cũ pãnis calidis ⁊ cũ spõgia infusa in aqua decoctionis camomille anheti mellilοti ⁊ anisoꝝ:⁊ postea exp̃ssa ⁊ calida posita sup ventrẽ. Et ĩungaᵗ vẽter cũ oleo anhetino calido: aut de oleo rosaceo. ¶ Si aũt ista nõ sufficiũt tũc fiat clistere dictum: ⁊ loco ierepigre ponatur ieralogodion.ʒ.iij. ¶ Ad vltimũ si alia clisteria nõ sufficiãt: tunc ℞.gallũ decrepitũ audacẽ:⁊ fac mori preliando: ⁊ post decoleᵗ ⁊ euisceretur ⁊ deplumeᵗ:⁊ cũ.ʒ.i.ß.carthami.⁊.ʒ.i. polipodij.⁊.M.i.centauree mĩoris ⁊ anisoꝝ feniculi dauci.añ. ʒ.ß.in lib.xxv.aque vsquequo redeat ad q̄ntã:⁊ d̄ brodio tolle lib.i.ß.olei anhetini.ʒ.iij.ieralogodion.ʒ.ß. salis gẽme.ʒ.ß.fac clistere. ¶ Si v̄o dolor fiat fortis:tũc fiat balneuꝫ in tina cũ decoctione reꝝ ex q̄bus fiebat p̃mum clistere tãte quãtitatis ꝙ possit in eo sedere vsqꝫ ad vmbilicũ:⁊ ibi sedeat per mediã horã:si potest tolerare ⁊ post dormiat bene coopertus. ¶ Et si alia nõ ꝯferũt veniendũ est vltimo ad narcotica.s. ꝙ deᵗ sibi.ʒ.i.philonij romani.aut.℈.iiij.cum vino albo potẽti eo existẽte in balneo vl' extra:⁊ tunc post nõ comedat vsqꝫ ad.v. horas ⁊ cibus in tẽpore doloris sit pauce quãtitatis: sicut vitelli ouoꝝ vel pullus ꝯt'sus:⁊ potus sit vinũ albũ potens puruꝫ. ¶ Et si clisteria nõ sufficiũt:aut ea abhorreret loco clisterioꝝ põt sibi supponere suppositoria longa h'ꝫ. ℞. ieralogodion.ʒ.i. fac ex ea ad ignem suppositoria: sicut fiunt de melle. ¶ Et qñ per clisteria habuit beneficium ventris si videᵗ ꝙ mã sit sup timorẽ:sumat hãc medicinam. ℞.diafiniconis.ʒ.i.pulpe cassie.ʒ.i. distẽpereᵗ cuꝫ decoctiõe anisoꝝ carui ameos ⁊ dauci: ista videnᵗ mihi sufficere. ¶ Quãdo vultis caput lauari faciatis bulliri in lisciuio has res. ℞.assari folioꝝ sene sticados arabici. añ.ʒ.i.ista sufficiũt pro vna vice. Et si nõ habenᵗ ista faciat bulliri.M.i.hedere:aut qd̄ meli⁹ est maiorane ⁊ saluie.añ.M.i.⁊ ista puto cũ dei laude sibi sufficere.

¶ De obscuritate visus. Consilium. XXIII.

Dispositio isti⁹ spectabilis viri annoruꝫ.xlviij.nãliter in iuuentute cholerici ⁊ nũc per adustionẽ in mel'iaꝫ cõplexionem trãseũtis est obscuritas visus: ita ꝙ in loco nõ bene claro ⁊ cum sol ab orizonte recedit nõ videt bene ⁊ huius cãm puto grossitieꝫ vapoꝝ adustoꝝ opacoꝝ q̄ spiritui visiuo p̄miscenᵗ: nec est longinquũ ꝙ huic dispõni ꝯiũgaᵗ corrugatio cornee que solet in senectute plurib⁹ accidere. ¶ Primo ponaꝫ regimen rerum nõ naturalium qualiter debet esse in eo. secundo addam medicinas.

¶ Sit locus sue habitationis in aere subtili: vel si Venetijs habitare intendit habitet in camera transpirabili a ventis:ita ꝙ qñ nõ est in ea faciat aperiri fenestras vt libere euẽteᵗ ⁊ nõ sit aer valde calidus:ĩmo ad tẽpamẽtũ in cal'itate deueniat nec sit multũ lumĩosa nec multũ obscura. Nã intueri res lumĩosas ⁊ splẽdẽtes est ei nociuũ: ⁊ ita nimia obscuritas loci habitatiõis:⁊ cũ est in studio faciat ꝙ oculi nõ offendanᵗ a lumine.sit aũt camera depicta viridi colore nõ albo.⁊ ita fenestre hyemalis de pãno sint depicte viridi:⁊ si vitreate sunt vitruꝫ sit obscure veriditatis:⁊ sit sine fumo vento vel puluere.

¶ In cibis vtaᵗ pane facto ex farina frumẽti mundi ã rebus extraneis:⁊ maxĩe a lolio vel çiçania:⁊ sit frumẽtuꝫ anni sui:⁊ sit collectũ de sana messe:⁊ sit farine aliq̄d furfuris mixtũ:⁊ sit panis ꝯueniẽter coctus ⁊ bene fermentatus:panẽ aũt açimũ:aut nõ bene coctum nõ comedat.

¶ Inter carnes sumat illas que sunt subtilium humoruꝫ generatiue ⁊ nõ grossoꝝ:aut viscosoꝝ nec sint multaruꝫ sup̄fluitatũ ⁊ si cũ h̄ haberent p̄prietatẽ acuendi visuꝫ esset melius. Eligat carnes auiuꝫ potius q̄ꝫ quadrupedũ sicut pullorum columbaruꝫ syluestrium volare incipientium turturum:⁊ comedanᵗ tam pulle q̄ꝫ columbi ablatis capitibus ⁊ collo. Nam ista sunt vitanda: quia visuꝫ obtenebrant. conueniunt etiam carnes perdicum fasianorum auium. precipue tamen conueniunt carnes auiũ rapacium proprietate:sicut nixi accipitris vel asturis falconis noctue bubonis ⁊ istarum carnium elixarum brodiuꝫ bibere. Sed aues aquaticas carnes habent malas: ⁊ ideo fugiat omnes. ¶ Carnium autem quadrupeduꝫ conueniunt capreti vituli parui lactantis castrati annualis:⁊ non comedat interiora: sicut ventreꝫ: ⁊ similia nisi comederet:aut cerebrũ perdicis:aut epar capre vel hirci assum aut elixum. Naꝫ ista proprietate remouent visus obscuritateꝫ:fugiat carnes valde veteres ⁊ salitas ⁊ porcorum ⁊ aliorum animaliuꝫ nouiter natoruꝫ:sicut agnorum:⁊ syluestriuꝫ carnium vsus non conuenit:sicut leporum ceruorum ⁊ caprioloꝝ ⁊ aproꝝ ⁊ tassi ⁊ vrsi. ¶ Pisces omnes vitet ⁊ cancros ⁊ ostracha ⁊ anguillas. Serpentum caro preparata vt fit in leprosis multum conuenit. ¶ Inter oua menti habeat ꝙ oua columbarum recentia sunt multi iuuamenti cum bibuntur: aut comeduntur decocta cum rapis. ¶ Item oua gallinaruꝫ sunt iuuatiua:scilꝫ vitelli elixati. Caseum ⁊ lac vitet omnino.

¶ Granoꝝ sumat brodium ciceruꝫ ⁊ speltam ⁊ ordeuꝫ: sed fugiat allia: ⁊ precipue lentes ⁊ fabam ⁊ faxiolos: sed etiam in omnibus fugiat lolium siue çinçaniam.

¶ Fructuū ꝯueniūt grana pini in vino granatoꝝ īfusa vel in succo pomoꝝ: ꝫ tolerant̄ ficus ꝛ vue bn̄ mature: nō in multa quātitate pira cocta coctana. Sꝫ caueat̄ in summa oīum humidoꝝ fructuū multitudo ꝛ castanee ꝛ auellane ꝛ nuces: cū in multa quātitate sumunt̄ nocent. pōt aūt peponib⁹ aliq̄bus vti nō multum: ſꝫ oīno fugiat melongenas papaueris: sed pruna ꝛ persica ante cibū sumere pōt: aliquā amigdalaꝫ vō post cibū ꝛ aliq̄ nespila ꝛ sorba ꝛ odor pomoꝝ odoriferoꝝ multuꝫ ꝓfert. ¶ Ex olerib⁹ valde ꝯueniunt. Primo rape: de q̄b⁹ comedatur quasi semꝑ. Scđo napones. Deīde verbena: bethonica: celidonia: mentha: rutha: origanū: maiorana: hyssop⁹: thimus in saporibus: ꝛ valet satis: sed abstineat a lactuca: basilicone: caulibus: bletis: cepis: porris: allio: raffano: ꝛ vniuersalr̄ ab oībus acruminibus. Nō comedat victualia de pasta: nec tortas: nec suffocata in patellis. ¶ Non multum se repleat: imo a mensa recedat reliquys famis adhuc remanentibus.

¶ Potus sit vinū albū vet⁹ cū aqua mixtū: aut vinū ꝑ se nō nimiū potēs ꝛ nō vtat̄ multo potu aque vel vini.

¶ Procuret omni die hr̄e ventris beneficium.

¶ Et post illud exerceat se ꝛ post exercitiū cōe faciat fricari caput ꝛ pectinari: ꝛ hoc nullo mō dimittatur. Duret auteꝫ exercitiū vsquequo sentiat se calefieri ꝛ vaporare ꝛ legat ieiunus litteras magnas ꝛ caueat legere paruas litteras ꝛ minutas.

¶ Nullo modo dormiat de die: ꝛ in nocte dormiat ad minus septē horis: ꝛ sit somn⁹ post comestionē saltē duab⁹ horis ꝛ dormiat bn̄ coopertus pānis sup sinistro latere ꝛ capite bn̄ eleuato ꝛ habeat iuxta se in lecto multum de maiorana siue sicca siue viridi: vt odor ꝑ totū correspondeat. ¶ Caueat dolorē ꝛ angustiā ꝛ cogitationē: ꝛ vtatur gaudio ꝛ letitia moderata. Et hoc de regimine.

¶ Videt̄ mihi ꝙ vltra hoc regimē faciatis oī anno duas purgatōes: vnā in mēse Aprilis: aliā in mense Octobris in ꝑmis medietatib⁹ dictoꝝ mēsiū: ꝛ fiāt ħ mō. In mēse Octobris sumat ꝑus hūc syrupū. ℞. syrupi de epithimo. ℥. iij. mellis rosati colati: syrupi acetosi cōpositi: syrupi vio. aā. ℥. i. aq̄ feniculi lib. i. fiat syrup⁹: clarificet̄ ꝛ aromaticet̄ cū nuce muscata: ꝛ est ꝑ q̄tuor vicib⁹. ¶ Sumpto syrupo sumat istas pillas. ℞. pillaꝝ octomeraꝝ descriptiōe Nicolai: pillaꝝ cochiaꝝ. aā. ℈. ij. sumant̄ post syrupū cū custodia. ¶ Sꝫ in vere sumat hūc syrupū. ℞. syrupi acetosi cōpositi. ℥. iiij. mellis rosati colati. ℥. ij. aq̄ feniculi lib. i. ꝛ fiat syrup⁹ ꝑ q̄tuor vicib⁹. ¶ Sūpto syrupo sumat has pillas. ℞. pillaꝝ cochiaꝝ. ℨ. i. pillaꝝ fetidaꝝ. ℈. i. ꝛ habeat̄ diligens custodia illo die a frigore et vēto. ¶ Itē opꝫ ꝙ iterpolate de mēse semel saltē bibat decoctionem. ℨ. iij. folliculoꝝ sene in brodio caponis: aut gallinee: ita ꝙ recipiat̄ de dicto brodio lib. i. ß. ꝛ coquatur cū eo sene. ℨ. iij. vsqꝫ ad ꝯsumptionē medietatis brodij: ꝛ addat̄ piperis: cinamomi. aā. ℈. i. salis. ℨ. ß. deīde colet̄ ꝛ brodiū bibat̄ in aurora. ¶ Si abhorreret hꝫ brodiū sumat semel in septimana. ℨ. i. pillularuꝫ de iera Galeni in sero q̄n vadit dormituꝫ: ꝛ modicum cenet pro illo sero.

¶ Tempore hyemis in mane q̄n nō sumit medicinā sumat aut. ℨ. i. tyriace: post stet. vij. horis sine cibo: aut. ℨ. i. trifere mīoris descriptōis Mes. cū. ℨ. ß. pulueris euphragie sicce. ¶ Conuenit ēt sibi si vtat̄ elēo isto. ℞. sēis feniculi. ℨ. ij. ß. euphragie. ℨ. i. macis cubebe cinamomi pipis longi gariof. aā. ℨ. ß. mellis dispumati lib. ß. succi feniculi cocti ꝛ depurati. ℥. ß. succi celidonie silr̄ cocti ꝛ depurati ℥. ij. pistāda subtilissime pistent̄: ꝛ cuꝫ melle ꝛ succis fiat electuariū: de quo sumat. ℨ. iij. in mane cum vino albo. ꝛ hoc bis in septimana. ¶ Itē in mane sepe vtatur masticatorio masticis: ita vt multuꝫ spuat: aut fiat hoc modo. ℞. piretri. ℨ. i. piperis. ℨ. ß. çinçi. ℨ. ij. pistentur subtilissime: ꝛ fiant postea sacculi ex pāno lineo nouo ad magnitudinem auellane: ꝛ predicto puluere impleant̄ ꝛ suant̄ stricte vndequaqꝫ: ꝛ omni mane masticetur vnus ꝑ mediam horam spuendo illud de saliua qđ peruenit ad os.

¶ Iteꝫ quādo nō sumit alias medicinas sumat in mane aceti squillitici. ℨ. ij. addēdo dietim vsquequo veniat ad. ℥. i. ¶ Item confert valde comedere epar capre: aut hirci magni assum aut elixuꝫ. ¶ Itē confert vti in mane mirabolanis kebulis cōditis sumēdo ad quātitatem castanee. ¶ Et istoꝝ sumat q̄nqꝫ vnū q̄nqꝫ aliud ꝛ non cōtinue perseueret sup vna medicina.

¶ Nunc ponam remedia localia: scilꝫ ponenda in oculis.

¶ Hoc primum est vsuale ꝛ nullo modo obest siue ante purgationem siue post. Et ponatur in oculo in mane anteq̄ꝫ egrediatur domuꝫ ꝛ teneat̄ aliquāto tēpore: postea lauetur cū aqua ruthe: ꝛ est istud. ℞. aque rosate. ℥. i. çuccharí albi: misce ꝛ ponat̄ in quolibet oculo gutta vna frigida. ¶ Hoc secūdum est aliqualr̄ mordicatiuū: sed est potētius ꝑmo ꝛ nō ponat̄ in oculo nisi post corpis mundificationē cum medicina ꝛ capitis cuꝫ masticatorio. Et est istud. ℞. succi feniculi cocti ꝛ depurati. ℥. xij. ꝛ sit iste succus bene colatus: mellis puri clari. ℥. iiij. bulliant bullitione vna simul ꝛ coletur ꝛ colature addatur fellis galli: aut perdicis. ℨ. v. ꝛ reponatur in vase vitreo ꝛ coletur: ꝛ teneatur in sole ꝛ permutet̄ de vase in vas dī septimana semel ꝓiciendo grossum subsidens ꝛ seruando subtile ꝛ teneatur vasa bene coopta cum cera: ꝛ post dies. xx. ponatur de eo in oculo: vt supra dixi. ¶ Item ꝓfert multum facere bulliri crocum in aqua ꝛ recipere vaporem illius aque omni mane ad oculos quousqꝫ sentiatur penetrasse in oculos: ꝛ post ponantur in oculum colyria.

¶ Hoc tertium colyrium est nobile ꝛ sine dolore efficit operationem bonam: sed fit in vere. ℞. folioꝝ feniculi: folioꝝ euphragie: foliorū celidonie. aā. lib. ij. extrahatur aqua per alembicum ꝛ seruetur in vase bene obturato: ꝛ sit vas eneum. ¶ Item sepe fiat istud ꝛ est expertū. ℞. epar hirci ꝛ assetur sine alia pinguedine: deinde fundat̄ ꝛ colligatur illa humiditas que ab eo resudat ꝛ ponatur in oculis. Item fumus ab eo egrediens recipiatur: ꝛ post predictam colaturā siue resudaturam ponatur in oculo. est enim expertum. ¶ Item hoc est vtile. ℞. succi feniculi cocti ꝛ depurati. ℥. xl. succi ruthe. ℥. xx. ponant̄ in ampula vitrea ꝛ obturetur orificium prius addendo mellis boni clari. ℥. xv. ꝛ dimittat̄ per tres menses. Postea ꝓiciatur fex eius: ꝛ cum pte clara fiat colyrium. ¶ Si aūt fortius facere voluerit: q̄r obscuritas crescat: tunc facta purgatione vtatur isto colyrio. ℞. succi feniculi. ℥. i. fellis galli: aut ꝑdicis: aut turdi ꝛ mellis crudi. aā. ℨ. ß. misce ꝛ ponatur gutta vna in oculis. ¶ Fortiora auteꝫ istis nō videntur mihi facienda nec plura volo multiplicare: ſꝫ si istis modis vtetur bene erit. Et ista puto cum dei laude sibi sufficere.

¶ De cicatrice in cornea ꝑ vlcus. Cōsiliū. XXIIII.



tus:⁊ postea intromittere. ¶ Aut ℞.nucũ cupressi corti/
cum exterioꝝ glandiũ.aã.ʒ.i.pistent̃ grosso mõ:⁊ cũ vino
stiptico bulliant:⁊ cum illo calido quotidie anus lauetur.
¶ Et dum est inuersus:⁊ hemorroides sunt extra:vnguẽ
tum bonũ ad ꝯstringendũ:⁊ singulare:⁊ detumescere fa/
ciens ⁊ nõ faciens dolorẽ. ℞.succi tassi barbassi.ʒ.s.anti/
monij subtil'r puluerizati.ʒ.ij.olei de nucleis chrysomillo
rũ.ʒ.ij.incorpora bñ in mortario:⁊ fac vnguentũ quo vn/
gatur anus postq̃ꝫ est lotus vt supra dĩ:⁊ tunc reuertatur
intus cũ dicto vnguẽto inunctus. ¶ Aliud vnguentũ no/
bile. ℞.radicis cardi quo vtunt̃ ad pãnos.⁊ ipm coque ĩ
bono vino rubeo:⁊ postea pistet̃ ꝙ sit ad modũ vnguen/
ti:⁊ liniant̃ hemorroides cũ sunt ex̃:⁊ postea intromittan
tur:⁊ suꝑ anũ cũ petia lini ponat̃ die eodẽ exteri⁹ ad mo/
dũ empl'i. ¶ Aliud vnguentũ qd̃ eodẽ modo administra
tur. ℞.bdellij q̃tuꝫ vis:dissoluat̃ in oleo de nucleis chry
somilloꝝ:aut in oleo de nucleis ꝑsicoꝝ ita ꝙ sit ad modũ
vnguẽti:⁊ cũ illo vngat̃. ¶ Aliud. ℞.erugis ferri.ʒ.i.sub
tilissime pistet̃:⁊ incorporet̃ cũ succo tassi barbassi ita ꝙ
sit ad modũ vnguẽti:⁊ admĩstret̃ mõ statiꝫ dicto. ¶ Li/
nimẽtũ qd̃ poni t̃ ad modũ vnguẽti suꝑ hemorroides dũ
sunt extra:⁊ postea intromittunt̃ aut ĩmittit̃ cum bomba
ce ad modũ suppositorij. ℞.fructus corni quem vocam⁹
corna vel cornalia dũ est maturus ⁊ exprimatur succus ⁊
iste per se apponat̃:aut supponat̃ cum lana munda.tollit
enim eas penitus frequens vsus. ¶ Itẽ ℞.stercoris ca/
nis ⁊ sit stercus album ⁊ siccũ:⁊ ex eo ⁊ terbentina ⁊ oleo
de nucleis ꝑsicoꝝ fac vnguentũ:⁊ linias sepe. ¶ Linimẽ
tum aliud forte in remouẽdo ⁊ sedãdo dolorem. ℞.bufo
nem ⁊ cõbure in testa vel in furno:⁊ fac cinereꝫ:⁊ cũ oleo
de chrysomillis fac ad modũ vnguẽti:aut cũ aqua porri:
⁊ porris assis:⁊ appone loco. ¶ Puluis bonus ⁊ efficax ẽ
puluis.s.cinis bufonis suꝑaspsus postq̃ꝫ lotus est locus cũ
aqua aluminosa. ¶ Itẽ puluis antimonij suꝑaspsus sepe
ꝯsumit eas. ¶ Itẽ puluis gallaꝝ. ¶ Itẽ puluis seminum
tamarisci. ¶ Itẽ puluis limachiaꝝ cõbustaꝝ in fornace
suꝑaspsus mirabil'r tollit:⁊ dolorẽ sedat. ¶ Empl'm cõue
niẽs ⁊ forte in exiccãdo ⁊ ꝯstringẽdo. ℞.radiculas porro
rum:⁊ coquantur in aqua:postea bñ pistent̃ ⁊ incorporen
tur cũ butyro vaccino. ¶ Fumigiũ bonũ. ℞.bdellij q̃ti/
tatẽ auellane:incorpora cũ adipe anatis ⁊ ponat̃ suꝑ car/
bones:⁊ recipiat fumũ ꝑ embotũ. ¶ Aliud. ℞.sandarace
ʒ.ij.pro vice ꝓiciat̃ super prunas:⁊ recipiat fumum:q̃m

applanat

applanat eas. ¶ Item ℞. pellem serpētis: ⁊ pone super ignem ⁊ recipiat fumū. ¶ Item ℞. sandarace granoꝝ myrti. añ. ʒ. i. pistētur subtil'r cum felle porci: ꝓficiant' forme siles auellanis: ⁊ ponat' vna pro vice sup prunis: ⁊ recipiat fumū. ¶ Itē fac bulliri scabiosam in vino rubeo: ⁊ recipiat fumū. ¶ Itē ℞. seminis porri: stercoris ouini spoly serpentis. añ. ʒ. i. fac formulas siles auellanis: ⁊ ponat' vna pro vice sup prunas: ⁊ recipiat fumū per cānaʒ. ¶ Et ꝓfert fumigiū de radice capparis: sil'r de radice et fructu tamarisci: sil'r de costo amaro cū oleo de bdellio. ¶ Et nota ꝙ qñq; fumigia pulueres ⁊ vnguenta ꝑdicta faciūt dolorē. ⁊ hoc ꝓpter corporis dispōneʒ ꝯtingētem. Si ergo illud accidat sedeat in balneo decoctionis seminis lini: ⁊ fenugreci: ⁊ radicis maluauisci: ⁊ floꝝ camomille: quoniam sedat dolorem.

¶ Et q2 queadmodū ꝑdicit' iste habet caput ⁊ cerebrum valde debilitatum. ⁊ sil'r cor ⁊ stomachū vltra gnālia supra scripta: scribā que eis ꝯferūt ꝯferēdo hemoroidib⁹. ¶ Si videtur ꝙ illa nō sufficiūt pro illoꝝ mēbroꝝ cōfortatione: tūc pro hemoroidibus vtatur solū remedys localibus: ⁊ sumat cōfectiones confortātes ista mēbra: ⁊ vtatur localibus sup eis. ¶ Cōfectio diamusci dulcis in hoc casu valde ꝓfert sumēdo omni mane in aurora. ʒ. i. ß. vel. ʒ. y. cum. ʒ. i. vini odoriferi. ¶ Et ad ideʒ ꝓfert tyriaca: sed in tēpore nō valde calido sumat'. ʒ. i. ß. cum. ʒ. y. vini rubei ieiuno stōcho: ⁊ post septem horis ieiunet. ¶ Et simil'r valet mytridatum siliter approximatū. Et ista capiant' donec cor ⁊ stomachus sint ꝯfortata ⁊ fortificata. ¶ In lauādis vo quibus lauatur caput ponat pro qualibet vice ad bulliēdum assari. sene. sticados arabici. añ. ʒ. ß. nucum cyꝑssi numero. y. cōtundātur grosso mō. ¶ Et vtile est portare sup caput tpe frigido vel medio saculū de gariofilis cum cimatura scarlati. Et odoret pomuʒ descriptum a Mesue in caplo de catarro ꝯtra catarrum frigidū: qđ pomum bonū est die ⁊ nocte ꝓpe odoratū habere. ¶ Sup corde vo portet hūc sacculum. ℞. rosaruʒ floꝝ boraginis: floruʒ buglosse: floruʒ mellisse: corticum citri: coralloꝝ rubeoꝝ: spody: karabe. añ. ʒ. i. grane tinctorū. ʒ. y. gariofiloꝝ macis cinnamomi: cardamomi: ligni aloes: foly beē albi ⁊ rubei costi dulcis. añ. ʒ. i. musci: ambre. añ. gra. iiy. pistent' ⁊ fiat sacculus in syndone de grana. ¶ Et sepe de mane masticet hoc masticatorium. ℞. masticis passulaꝝ. añ. ʒ. i. piretri origani: nucis muscate. añ. ℈. i. staphisagrie. ʒ. i. misce: ⁊ capiat medium coclear pro vice: ⁊ vtat' passulis dulcib⁹ in ꝑncipio prādy ⁊ cene: ⁊ cum cinnamomo in ferculis suis in bona quātitate.

¶ Et q2 spāliter habet doloreʒ in vno genu qui est ex flegmatibus imbibitis in neruis illoꝝ locoꝝ dʒ postq̄ quatuor vicib⁹ sumpserit de medicinis lenib⁹ solutiuis supra scriptis inungē illud genu cuʒ isto vnguēto mane ⁊ sero: ⁊ sit calidū. ℞. pinguedinis anatis: pinguedinis vulpis. añ. ʒ. i. ß. olei vulpini: olei de pipibus. añ. ʒ. i. hyssopi humide medulle cruris vacce. añ. ʒ. y. armoniaci galbani: opoponacis. añ. ʒ. ß. euphorby. ʒ. y. cere qđ sufficit. fac vnguētuʒ: ⁊ si tātum coqtur ꝙ sit solidū fiat cerotū: ⁊ teneatur sup genu ⁊ ifra. ¶ Et cōferūt ei balnea ex aqs sulfureis quo ad hoc: ⁊ aluminosis: ita ꝙ si nō vadit pro dolore genu ad nālia balnea pōt facere artificial'r hoc modo. ℞. radicuʒ altee. lib. iiy. fac bullire in. xxx. lib. aque ⁊ in fine quādo radices sunt cocte addatur sulfuris viui pulueriçati aluminis roche. añ. ʒ. i. ⁊ statim ab igne deponatur: ⁊ in illa aqua balneet' totum crus ieiuno stomacho. ¶ Fortiora supradictis puta medicinas cōburētes hemoroidas: aut incisionē nō puto tētāda in eo nec stupefactiua: ⁊ ideo illa tacui putās ista sufficē cū dei laude.

¶ De exitu ani diuturno sine ap̄ate. Cōsiliū. LXXXIX.

Passio istius nobilis adolescentis est exit⁹ ani diuturnus quippe a multis annis citra: sed tñ est sine ap̄ate: ⁊ exit parum solum quando egerit: ⁊ postea redit per se in paruo spatio.

¶ Utatur dieta lenificāte vētrem ne oporteat eum multum premere. vt verbi gratia. comedēdo fercula de herbetis vel de malua vel brodium caulium vel aliquid de pulpa cassie sumendo ante cibum.

¶ Uitet nimiā repletionē ꝑcipue ex vino: ⁊ nimiā quietem: imo exerceat' ieiuno stomacho exercitio in quo laborēt partes supiores magis: ⁊ caueat sibi a comestione rerum vētosaꝝ: sicut sunt legumina ⁊ caseus ⁊ victualia de pasta: ⁊ caueat etiam multū a frigore peduʒ ⁊ coxaꝝ: ⁊ partes ani continue teneat calidas tenendo in directo eius intra sarabulas stupam carminatam.

¶ Item semp quādo egerit lauet sibi anum cuʒ vino de quo dicam infra: ⁊ postea ponat aut aliquem puluerem: aut aliquod suppositorium de illis que ponentur infra: ⁊ reducat anum ad iteriora cum puluere: vel cum illo suppositorio: ⁊ debent esse suppositoria non dura: neq; multum magna: imo cuʒ bombyce molli vel cum lana bene infusa in rebus infra dicendis.

¶ Pro nūc tamē purget' capiēdo ꝑmo hūc syrupum. ℞. oxymellis cōpositi. ʒ. iiy. syrupi de sticados. ʒ. y. aque feniculi ⁊ saluie. añ. ʒ. vi. ⁊ est pro quatuor vicib⁹ sumatur calidus in mane. ¶ Sumpto syrupo purget' hac medicina. ℞. turbith albi ⁊ arūdinei: ⁊ mūdi a cortice suo. ʒ. i. çinçiberis. ℈. i. masticis. ℈. ß. çucchari. ʒ. ß. aque feniculi. ʒ. iiy. misce: ⁊ bibatur totuʒ calidū vna hora ante diem: et supdormiat per horā: ⁊ prandeat in capite sex horarum. ¶ Bis in mēse purget' sine custodia cuʒ istis pillis. ℞. pillularū de bdellio. ʒ. i. sumātur in aurora: ⁊ est pro vna vice. ¶ Uinuʒ cum quo dʒ lauari anus postq̄ asselauit. ℞. gallaruʒ balaustiaꝝ cupulaꝝ glādium folioꝝ myrti. añ. ʒ. y. bulliāt in lib. y. vini rubei stiptici grosso modo cōtusa vsq; ad medietatis ꝯsumptionē. Et si fortius facere volueris: ꝑus in vino extinguat' ferrum ignituʒ quatuor vicibus. ¶ Puluis qui dʒ aspergi sup anuʒ postq̄ est lotus cum ꝑdicto vino: ⁊ cum illa aspsione debet anus reduci. ℞. nucis cyꝑssi myrtilloꝝ achacie hypogstidos gallaruʒ. añ. partes equales. fac puluerē subtilissimū. ¶ Et fortior est iste. ℞. fructus tamarisci gallarū ceruse achacie hypoquistidos corticum thuris myrtilloꝝ. añ. partes eq̄les. fiat puluis subtilissimus. ¶ Et fortior est iste. ℞. ceruse antimony gallarum aluminis staglole. añ. partes equales cuʒ oleo rosato calido. ⁊ iste puluis supaspgat': ⁊ anus intra reducat'. ¶ Suppositoriū optimum. ℞. puluerem supradictū statim ⁊ dissoluat' achacia ⁊ hypogstidos in vino stiptico ⁊ in eo cōmisceatur dict⁹ puluis: ita ꝙ fiat ad modum vnguenti mollis: ⁊ postea in dicto vnguento lana vel cotum carminatum decētis quantitatis infundatur: ⁊ fiat suppositoriuʒ de lana dicta vel coto: ⁊ intromittatur in ano: ⁊ teneatur quousq; secūda vice asselet: ⁊ inouetur omni vice qua asselet. Et puto ista cum adiutorio dei sibi sufficere.

¶ De podagra a mā calida. Consilium. XC.

Iste nobilis vir et venerabilis: pro quo ꝑsens ꝯsiliuʒ sum scripturus: est annoꝝ fere. lx. ⁊ nāliter cholerice cōplexionis ⁊ macer: ⁊ ab annis tribus citra incidit dolorem podagricū qbusdā vicibus a mā calida ꝓueniente: ⁊ hucusq; solū in vno loco s. in iūctura pollicis pedis: ⁊ cum liberat' remanet absq;

lesione potēs ad exercitia. Sed desiderat liberari ita vt nō redeat: vel saltem ita iuuari vt nō magis se extendat: ad qđ ꝯsequēdum: si altissimus sit auxiliator dabo operam incipiēdo a regimine: ꝛ breuiter.

¶ Primo igitur cauēdus est aer multum calidus: ꝛ etiaꝫ multū frigidus diuersis causis: sed dꝫ aer medio tēꝑato vti: ita ꝙ in estate tēperet locū habitationis cuꝫ folijs salicis ꝛ vitis: ꝛ in hyeme ꝓhibeat nimiū frigus cum igne.

¶ In cibis sit quo ad quātitatē tēperatus. Et in hoc oportet ipsum hr̄e ꝑcipuum studiuꝫ: ꝛ maxime ꝙ nō abūdet in comestione carniū ꝛ ouoꝝ: imo comedat moderate citra saturitateꝫ. ¶ Et caueat cibos acutos sicut illos qui sunt cōditi cum multo pipe: ꝛ cū rebus acutis sicut sunt allia: ꝛ porri: ꝛ cepe: ꝛ synapi: ꝛ eruca: ꝛ raffanus. imo delecteť in cibis insipidis: sicut sunt panis ex optimo frumēto: ꝛ bñ fermētatus ꝛ coctus: sed nō sup̄flue fermētatus nec salit⁹: ꝛ carnes pulloꝝ: ꝛ ꝑdicū: ꝛ hedoꝝ: ꝛ vituloꝝ: et fasianoꝝ: ꝛ castratoꝝ de mōte: ꝛ capoloꝝ: ꝛ lepoꝝ: ꝛ porcoꝝ syluestriū nō valde magnoꝝ: ꝛ sint cōdite cuꝫ agresta: ꝛ rebus frigidis: sicut succo citrāguli vel granatoruꝫ vel siliuꝫ: ꝛ nō cum aromatibus nisi in tp̄e hyemis: ꝛ tūc sint pauca: ꝛ vitet passeres colūbos ꝛ aīalia multa grossa ꝛ vnctuosa ꝛ pinguia: ꝛ pōt vti vitellis ouoꝝ cuꝫ agresta nō multū coctis: ꝛ lacte si capiať sine alio cibo: ꝛ si in estate extractū fuerit butyrū: sed caseo veteri salito caueat: ꝛ pōt vti piscibus nō magnis: ꝛ hñtibus squamas: ꝛ natātes in fluuio currēte non in lacuna: ꝛ boni odoris ꝛ saporis. ¶ Ex fructib⁹ vti pōt piris ꝛ coctanis ꝛ pomis ꝛ granatis post cibuꝫ: sed nuces ꝛ ficus siccas: ꝛ pineas dimittat: ꝛ tolerātur amigdale: ꝛ melones: ꝛ cucurbite in estate: sed cerasa dimittanť ꝛ ꝑsica. ¶ Ex herbis pōt vti endiuia domestica ꝛ syluestri: ꝛ lactuca: ꝛ boragine: ꝛ ligua bouina: ꝛ in estate portulaca: ꝛ potest vti malua: ꝛ mercuriali: ꝛ volubili magna si non hꝫ bñficiū vētris: sed alias vt caules ꝛ bletas: ꝛ capucios dimittat. ¶ Ex granis pōt fercula facere sicut ordeuꝫ far panicū miliū. Sed de pasta frumēti nō faciat sicut pastillos ꝛ laganas: nec de faseolis: aut fabis: sed pisa pn̄t tolerari: sed raro. ¶ De radicibus pōt in hyeme vti decoctione radicuꝫ petrosilini cuꝫ suis carnib⁹: ꝛ pōt vti pastinacha ꝛ sparagis gr̄a ꝓuocādi vrinā: ꝛ rape ꝛ napones pro qbusdam vicibus tolerātur: ꝛ boleti ꝛ fungi dimittātur oēs: ꝛ turte ꝛ turtelli: ꝛ victualia ex ouis ꝛ caseo mixtis: silr̄ dimittanť. Sꝫ fercula: aut ex herbis supradictis: aut ex radicib⁹: aut ex granis: aut pane trito: aut vitellis ouoꝝ nō multū coctis: aut ex fructib⁹ sicut amigdalis: aut pane trito vel non trito: ꝛ hoc sigillatim: aut ꝯiūctim. ¶ Sapores aūt faciat cum stipticis. s. agresta: vino granatoꝝ: succo arāciorum myrtillis pomis acetosis cum amigdalis: ꝛ silibus: sꝫ caueat acetū ꝛ multitudinē aromatū: ꝛ nō comedat in vna mēsa multa ꝛ varia cibaria: sꝫ vnius vel ad plus duoꝝ modoꝝ: nec sumat 2ᵐ cibum nisi bene digesto primo.

¶ In tp̄e quo nō dolet est exercēdus in mane ieiuno stomacho exercitio ambulādi ꝛ eq̄tādi: ita tñ vt nō doleāt mēbra lesa q̄ʒtū possibile est: ꝛ sit exercitiū nō multū forte: imo moderate ambulatiōis vsqꝫ ad ꝑnᵐ lassitudinis: ꝛ sunt fricāda in mane post emissionē sup̄fluitatis supiora: sicut bracchia: ꝛ spatule: ꝛ nates: ꝛ pect⁹ cuꝫ mātili per quartā ꝑtē hore: ꝛ sit mātile lene: ꝛ fricatiōes mediocres nō valde fortes: ꝛ cū dolet ꝑcipue in ꝑnᵒ doloris nō exerceať: imo vacce tq̄eti ꝛ cure s̄m ꝙ dicā. ¶ Sꝫ in declinatione doloris dꝫ incipe exercitari saltē exercitio eq̄tādi: aut faciēdi se portare in curru: aut agitādi in balneo: aut in nauicula: ꝛ oīno caueat sup̄fluitatē exercitij facientis dolorē mēbroꝝ: ꝛ annihilatōeꝫ exercitij: q2 ꝓhibet dissolutiōeꝫ sup̄fluitatis mēbri: ꝛ post cibū vitet exercitiū oīno: ꝛ vitet ītroitū in stuffam: ꝛ aquā calidā: qm̄ ponūt humores in cursu nisi eēt aqua thermarū: de qua dicā īfra.

¶ Dormiat in die naturali circa sex horas vsqꝫ ad septeꝫ in lecto bene molli: ꝛ strato: ita ꝙ nō habeat inequalitatem ꝛ plicaturas. Sed in estate sit cultra vna grossa media inter pēnas ꝛ īferius linteamen: ꝛ dormiat in nocte: ꝛ si nō satis dormit in ea dormiat in mane ante tertias: ꝛ somnum alium diurnum: ꝑcipue super cibuꝫ vitet quātum plus possibile est. Et dormiat capite bene eleuato ꝛ corpore bene cooperto.

¶ Et opꝫ ꝙ omni die habeat bñficiū vētris. nam euacuatio: ꝛ ꝑcipue superfluitatis est ex maxime cōferētibus: ꝛ quādo nā non respōdet faciat: aut clistere: aut suppositoriū: aut comedat fercula ex maluis vel ex mercuriali vel ex extremitatib⁹ volubilis: aut ex folijs lupulli: ita vt oī die semel habeat ventris beneficium.

¶ Caueat ab ira rixa ꝛ nimijs cogitatiōibus ꝛ a coitu oīno quātuꝫ possibile est. Et hec de regimine.

Descēdendo ad medicinalia: ꝑncipale est ei ꝙ omni anno in vere circa medium Martij: aut si dolor solet ipm̄ inuadere ꝑus per mēsem ante tēpus ꝯsuetū inuasionis purgeť. ¶ Et ꝑmo sumat hūc syrupuꝫ sex vicibus. ℞. syrupi de bisantijs. ℥. i. syrupi de endiuia. ℥. i. aque endiuie ꝛ feniculi. an̄. ℥. i. ß. ꝛ est ꝓ vna vice: sumať calidus in aurora. ¶ Sūpto syrupo sex diebus purgeť sequēti die cum istis pillīs. ℞. pillularuꝫ de hermodactylis minoꝝ descriptiōe Mesue. ℈. iij. sumať vna hora ante diem ꝛ nō comedat nisi trāsactis sex horis: ꝛ cū stetit per horā dormiēdo post eaꝝ assumptionē nō dormiat post vsqꝫ ad cōplemētū oꝑationis earuꝫ. Et cum est prāsus per horā pōt post parū dormire si molestať a somno. ¶ Et facta ista purgatiōe ex interuallis sex dieꝝ pro vice sumat quatuor vicib⁹ in vno mēse incipiēdo octo diebus post has pillīas: sumpta de ista confectiōe. ℞. anisoꝝ cinamomi. an̄. ʒ. i. çinçiberis. ʒ. ij. gariofilorum cubebe. an̄. ʒ. ß. ꝛ turbith albi granosi ꝛ arūdinei: ꝛ mundi a cortice. ℥. i. diagridij. ʒ. i. ℈. i. çuccha. ℥. xv. sumat ʒ. iij. ꝛ. ß. pro vice vna hora ante dieꝫ. nā vna purgatio nō sufficeret ad ꝓhibēdū accessuꝫ hui⁹ egritudis: sed iterate sufficiūt multotiēs: ꝛ in quo bis in anno molestareť ante ꝯsuetū tp̄s molestatiōis purgeť vt nūc dī accipiēdo per mēsem ante: ꝛ si est hō habens venas latas: ꝛ est ꝯsuetus flōmie nō obstātc etate posset leuiter se flōmare in vere in q̄nque dieb⁹: post ꝑᵃᵐ vl̄tem purgationē. ¶ In tp̄e aūt sanitatis saltē semel in mēse sumat. ʒ. i. harum pillīarū in aurora: ꝛ sūt sine custodia. ℞. pulueris ierepigre de octo rebus. ℥. i. agarici albi ꝛ leuis. ʒ. ij. salis gēme. ʒ. i. fac pillulas cum succo caulium: ꝛ sumātur vt dixi.

¶ Sed ꝑter purgationes dum est sanus sepe ꝑcipue post purgationē: ꝛ quādo nō sentit corpus multū repletū vtatur fricatione ad oēs iuncturas pedum ꝛ manuuꝫ ieiuno stomacho per quartā parteꝫ hore cum vnguēto qđ fit ex sale prius optime trito: ꝛ postea in mortario incorporato cum tāto oleo oliuarū quātum sufficit ad hoc vt habeat formā vnguēti: ꝛ post lauetur cum liscinio. Et conuenit tribus vicibus in septimana lauari pedes: ꝛ crura: et genua: ꝛ manus: ꝛ bracchia cum ista lauāda. ℞. aque ferrarioꝝ lib. xx. salis. lib. x. dissoluatur primo sal in aqua dicta que fiat tepida: ꝛ post addatur achacie. ℥. vi. pulueris balaustiaruꝫ. lib. i. ꝛ cum ista lauetur fere omni mane cū surgit a lecto: ꝛ nō sit multum calida: ꝛ sufficit vna lauāda quousqꝫ nō habeat maluꝫ odorē. ¶ In hyeme aūt et in tp̄ibus frigidis si faceret sibi calciamenta de pāno lini duplicato ꝛ īsuto sale trito: que calciamēta in sero ca-

leſiant:⁊ teneant̃ in pedibꝰ de nocte. ¶ Et in tpe calido maxie ꝯfert ei vſus triaſandaloꝝ comedẽdo i mane qñ ſurgit a lecto.ʒ.ſ.pro vice:⁊ pro tũc vtat̃ in cibis lactuca portulaca endiuia:⁊ ſi i die ſitit bibat iulep viol̃.aut roſ̃. aut ſyrm de pomis ſimpl̃.aut ſyrm de granatis cũ aq̃ frida diſtẽpatũ:⁊ ſi vrina ſua appet multũ citrina poſt euonẽ: ponat in mane ⁊ veſpis ſtõcho vacuo ſup epar epitbima ex aq̃ endiuie.ʒ.x.aceti.ʒ.ij.ſandaloꝝ alboꝝ ⁊ rubeoꝝ. añ.ʒ.ij.ĩfundat̃ pãnus lineus intus:⁊ ſupponat̃ epati nõ multũ fridũ ⁊ inouet̃ ter in mane. ¶ Et oꝫ ſcire ꝙ vomẽ oĩ mẽſe ſemel duobꝰ diebꝰ vno poſt aliũ in mane poſt aſſumptiõeꝫ prãdij eſt de rebꝰ maxie ꝯferẽtibꝰ.⁊ modus ẽ iſte:comedant̃ cibi diuerſi vnctuoſi ſaliti molles ſicͭ ſũt fercula ex brodio pingui ⁊ caulibꝰ:aut maluis:aut bletis aut porris:aut cepis. Et carnes caſtrati elixe pigues ⁊ bene ſalite:⁊ bibat̃ vinũ dulce:⁊ comedat̃ feſtinãter ⁊ poſt moueat̃ celeriter per gradus aſcẽdẽdo ⁊ deſcẽdẽdo:⁊ ſe incuruãdo:⁊ in fine medie hore ſupponat ocl̃is ſperulas de coto ⁊ liget:⁊ poſt hẽat faſciã ⁊ faſciet oculos cũ illis: ⁊ tũc pẽnaꝫ intinctã in oleo dulci totiẽs gutturi imponat vt totũ vomat:⁊ in fine lauet ſibi faciẽ cum aqua in qua ſit paucuꝫ aceti:⁊ poſt nõ comedat niſi fames fuerit fortis:⁊ tũc comedat parũ de pullo aſſo ꝑparato cum ſucco citrãguloꝝ vel cuꝫ agreſta. Et ſil̃em modũ ſeruet ſequẽti die:⁊ hoc omni mẽſe:ſed nõ ſeruet eũdẽ numeꝝ dieꝝ mẽſis:imo qñqꝫ.x.die:qñqꝫ.xv.qñqꝫ.xx.

¶ Sꝫ ſi morbꝰ incipiat ꝓuocãdus eſt ꝑ vomitꝰ potãdo decoctiõeꝫ raffani fortiter cũ melle:⁊ ꝓuocato vomitu purgãdus eſt cuꝫ pill̃is de hermodactylis minoribꝰ:⁊ ſi adſunt ſigna multitudinis ſanguĩs ꝑ flõmet̃ de bracchio in directo loci doloris ſm vigorẽ ṽtutis:qbꝰ factis lauet pedes:⁊ teneat in decoctõe folioꝝ ſalicis in aq̃ ꝑtibꝰ tribꝰ ⁊ aceti ꝑtẽ vnã. Qꝛ ſi nõ hꝫ ſupponat loco doloris empl̃m: qđ ſic fit. ℞.medulle panis ⁊ farina ordei.añ.ʒ.iij.lactis mulieris q̃tũ ſufficit ad ĩfundẽdũ:⁊ incorpent̃ bñ ⁊ ſupponat̃. ¶ Et ſi loco pill̃aꝝ dictaꝝ multo exñte loci calore purget̃ h mõ eſt melius. ℞.mirabolanoꝝ citrinoꝝ.ʒ.v.ꝯtũdantur groſſo mõ:⁊ ponant̃ in iulep violati.ʒ.iij.⁊ dimittat̃ paꝝ bullire.poſt ſic dimittat̃ per diẽ.poſtea colet̃ ⁊ addat̃ electuarij de ſucco roſaꝝ.℈.ij.⁊ bibat̃:⁊ bis diebꝰ ſeruet̃ dieta ſine carnibꝰ ⁊ ouis:⁊ vino vſqꝫ ad ſeptẽ.⁊ ſit ꝯtẽtꝰ in potu aque ordei in ꝑnͦ:aut cuꝫ vino granatoꝝ:aut cũ çuccharo:⁊ nõ bibat vinũ nec aquã mellis niſi adueniat declinatio:⁊ qñ nõ bñ aſſelat ĩponat cliſtere cõe:⁊ qñ declinat balneet̃ locus doloris in aqua tepida multũ ſalita in qua ad lib.xx.aque ſit poſita.ʒ.i.ſulfuris viui:⁊.ʒ.ſ.aluminis rubei: ⁊ in declinatione moueat̃ modis dictis in regimine:⁊ põt comedẽ pullos cuꝫ agreſta ⁊ ſucco granatoꝝ:⁊ ſil̃ia. Uerũtamẽ eſt ꝙ cum adeſt morbus vtile eẽt hr̃e ꝯſilium ꝑſentis modi.

¶ De podagra ⁊ artetica a mã mixta. Cõſiliũ. XCI.

Rſpectabilis ⁊ nobilis vir:⁊ dñs nullaneñ. Mariſcotus vir annoꝝ q̃ſi.lx.cõpl̃onis tẽdẽtis nãl̃r ad cal̃m ⁊ humidũ in toto patit̃ podagrã:⁊ cuꝫ hoc ẽt aliqñ arteticã cuiꝰ mã eſt mixta.nunc tñ vt plimuꝫ dñat̃ flegma:⁊ ex ĩteruallis:ita remanet liber vt ambulare:⁊ eqtare bñ poſſit:lꝫ in qbuſdã iuncturis aliq̃ durities remãſerit:⁊ ego dabo ſibi hic breue regimẽ cuꝫ adiutorio medicinaꝝ ad hoc vt ꝑſeruet q̃ꝫ melius põt.

¶ Primo ergo habitet in bona camera inter duo ſolaria que calefiat tẽporibus frigidis cum igne de lignis ſiccis: ⁊ omnino caueat a frigore cum veſtibus ⁊ calciamẽtis:⁊ alijs opportunis. Et dormiat de nocte vſqꝫ ad ſepteꝫ vel octo horas:⁊ quando non ſufficit dormiat in mane ante tertias capite bene eleuato:⁊ corpore bene cooperto.

¶ Et ꝓuideat ꝙ oĩ die habeat bñficiũ vẽtris:⁊ ſi nã non rñdet faciat ſibi mitti cliſtere. ¶ Et exerceat̃ exercitio ambulãdi vel eqtãdi omni die ante cibuꝫ.ita tñ vt ex illo nõ recipiat multũ dolorẽ:⁊ poſt cibũ dimittat laborẽ: ⁊ caueat a coitu quãtum eſt ſibi poſſibile.

¶ In cibis aũt ſemꝑ declinet ad paucitatẽ:ita ꝙ recedat a mẽſa cũ reliquijs famis.⁊ ſil̃r in potu:⁊ ordiet ſibi vas xvij.ʒ.⁊ ꝑ medietate ĩpleat̃ aq̃ mellis:⁊ ꝑ medietate vino:⁊ nõ trãſeat illud vas in prãdio nec in cena:⁊ vinũ ſit rubeũ claꝝ mediocris vinoſitatꝭ. Et ĩ cibis vtat̃ carnibꝰ pulloꝝ ꝑdicũ faſianoꝝ alaudaꝝ ⁊ aliaꝝ paruaꝝ auiũ pipionũ turturũ q̃lliaꝝ.⁊ ſil̃r hedoꝝ vituloꝝ lactẽtiũ ꝑuorũ caſtratoꝝ annualiũ leporũ iuuenũ capoloꝝ iuuenũ:⁊ dimittat aues aq̃ticas porcos domeſticos agnos boues carnes ſiccas:⁊ oẽs alias a ꝑnoiatꝭ. ¶ Et vtat̃ pane ð bono frumẽto bñ cocto ⁊ bñ fermẽtato:⁊ caſeuꝫ dimittat: oua aũt recẽtia gallinaꝝ.ſ.vitelli ſunt boni paꝝ cocti ſiue cũ cortice:ſiue deꝑditi in aq̃:ſiue al̃r in ferculo poſiti: ſiue in frictilio tenello cũ oleo dulci:ſiue alijs modis ꝑparatũ dũmõ nõ ſint multũ cocti:neqꝫ ꝑmixti cũ caſeo. Uictualia ṽo de paſta ſicut laganas ⁊ fermẽtinos:⁊ ſil̃ia dimittat. ¶ Legumia nulla ſunt bona:ſꝫ põt facẽ ferculũ de farre de ordeo de panico de milio ſpinachijs de bletis de boragine bugloſſa melliſſa feniculo anheto petroſilino maiorana:⁊ herbis odoriferis:ſicͭ ſaluia ⁊ ſerpilluꝫ: ⁊ de pane trito ⁊ de ouis ſigillatim ⁊ ꝯiunctim. Et de piſcibus paꝝ comedat:ſꝫ minus mali ſunt parui hñtes ſquamas viuẽtes in aq̃ clara:⁊ boni odoris.gãbari ṽo nõ ſunt boni. ¶ Et de fructibus ꝯueniũt paſſule ficus recẽtes ⁊ ſicce amigdale grana pini auellane: ⁊ tolerat poſt cibuꝫ pira cocta cuꝫ vino ⁊ aniſo ⁊ feniculo:ſꝫ fructꝰ alij humidi melius eſt ꝙ dimittãtur:ſicut poma ⁊ ceraſa ⁊ ꝑſica ⁊ hꝰ niſi ſumat̃ eoꝝ parua q̃titas:ſicut parũ melonũ vel prunoꝝ ante cibũ in eſtate:⁊ in saporibꝰ dimittat acetuꝫ: vtat̃ agreſto:⁊ cinnamomo:⁊ piꝑe:⁊ bonis aromatibꝰ:et dimittat herbas crudas. Et hoc de regimine.

Ueniẽdo ad medicinalia opꝫ in medio Februarij vl̃ paꝝ añ ĩcipe recipe ſyrm iſtũ. ℞.ſyrupi cõpoſiti ſine aceto.ʒ.iij.oxymellis ſqll̃.ʒ.ij.aq̃ ſaluie: aq̃ apij:aq̃ feniculi:aq̃ maiorane.añ.ʒ.iij.clarifica ⁊ aromatiça cũ çinçibẽ:⁊ nuce muſcata:⁊ eſt ſyrupꝰ pro q̃tuor vicibꝰ:ſumat̃ cal̃us in aurora. ¶ Itẽ ℞.pill̃aꝝ fetidaꝝ de hermodactylis maioris.añ.ʒ.i.ſ.fiãt ſeptẽ:⁊ ſumãtur duabꝰ horis añ diẽ poſtqꝫ ſumpſit ſyrm:⁊ hac die caueat ſibi vehemẽter a frigore ⁊ non comedat vſqꝫ ad horam xviij.⁊ poſt ſequẽti die faciat cliſtẽ lauatiuuꝫ in mane:⁊ ſumat.ʒ.ij.tyriace cũ.ʒ.ij.aq̃ mellis ſeptẽ horis ante prãdiũ. Et ſil̃eꝫ purgationeꝫ oꝫ facẽ in ꝑnͦ mẽſis Octobris.

¶ In tꝑibꝰ aũt ĩtermedijs ſaltẽ ſemel in mẽſe oꝫ purgari abſqꝫ cuſtodia ſumẽdo.ʒ.i.haꝝ pill̃aꝝ medie noctꝭ vl̃ circa. ℞.pill̃aꝝ de iera de octo rebꝰ.ʒ.ſ.agarici.ʒ.ſ.ſalis gẽme.℈.ſ.fac pill̃as cũ aqua ſaluie:⁊ ſunt pro vna vice tñ.faciat tñ ſibi ꝑparari pro multis vicibꝰ. ¶ Itẽ in tꝑe hyemis ſemel in ſeptimana ſumat.ʒ.ij.mytridati qnque horis ante cibũ. ¶ Itẽ in tꝑibꝰ frigidis teneat in pedibꝰ de nocte ſacculos de ſale trito:⁊ ſepe in mane añ cibũ lauet ſibi crura ⁊ pedes ⁊ genua cũ iſta aqua. ℞.ſaluie camomille lauri.añ.M.ij.aq̃.lib.xx.ſalis.lib.v.bulliãt ad ignẽ vſqꝫ ad ſalis reſol̃onẽ:⁊ cuꝫ iſta calida ſepe lauent̃.

¶ Caſus.J.d.M. Marchionis ad doloreꝫ pedũ iuxta clauiculã. Cõſiliũ. XCII.

Illuſtriſſimus d.M. Marchio ꝑ doluit pedẽ ſiniſtruꝫ iuxta clauiculã ex ꝑte ſylueſtri:⁊ dolor

fuit nō imutato colore loci a pn° pmi tremuit: ꝛ nō imutat° fuit color: ſ; circa 4^m dies apparuit aliq̄ rubedo: ꝛ calíditas in loco: ꝛ doluit iūcturas raſete pedis: ꝛ in pte domeſtica ēt cōicat° eſt dolor: ꝛ vſq; ad pecten pedis digiti mãſerūt ſine dolore niſi q; aliqd doluit i iūctura eoꝝ cū pectine: ꝛ fuit rubor: ꝛ aliq̄ leuis caliditas: ꝛ tumor maior: ꝛ mitigato dolore ēt mãſit tumor: ita q; cu; pmebat̄ digito fouea remanebat: ꝛ pmutat° fuit dolor ad dextrū anteq; oīno in ſiniſtro mitigaret̄: ꝛ fuit q̄ſi ſili modo: ſ; tñ pes dexter pus remãſit abſq; dolore. Et ipſe tñ dñs ſiniſtrū pedē ſedendo: ꝛ occupat° in alijs ſiniſtrū tenuerat plicatu; vſus domeſticā partē: ꝛ ſurgēs pcepit primo dolorem: ꝛ tãdem eſt liberatus ab hoc paroxiſmo.

¶ Nūc q̄rit̄ vtrū ꝯueniat ire ad balnea petrioli in comitatu Senaꝝ: que balnea ſunt ſulfurea ꝛ aluminoſa. ¶ Negatiue: q2 in paſſionib° iūcturaꝝ balneū eſt fugiēdu;: pcipue in ſlatica. vñ Raſis. 12. ꝯtinētis loquēs de patiētib° podagra; dixit. Noli ꝯſentire q; ſlaticus balneo vtat̄: ꝛ Aui. 3° cañ. 22. ſen. ca. de cautela a dolorib° iūcturaꝝ dixit. Et minorēt in balneatiōib°. Et paꝝ ifra. ꝛ minorēt in balneatiōib°: qm̄ ipa liquefaciūt humores: ꝛ faciūt ipos currē ad iūcturas: ꝛ ſilēs auctēs ſunt multe quas dimitto. ¶ Or ſic: q2 ſm caſu; dī q; dolor ſit a mã dñanter frigida flegmatica. ꝛ ideo ꝯferūt ꝓhibētia flegma gñari: ꝛ deſcēdē ad mēbrū ꝛ eñantia flegma mō balneum ſulfureum ēt aluminoſu; hec oīa facit. Euacuat diſſoluēdo ꝓhibēdo gñatōe; flegmatis calefaciēdo ꝯfortat aluminis ſtipticitate. vnde cap° de alumine Aui. dixit q; cōfortat: ꝛ ꝓhibet deſcēſum ſupfluitatis. ¶ Cōfirmat̄ q2 aque ſulfuree ꝯferūt oīb° dolorib° iūcturaꝝ frigidis: vt. 2. cañ. ca. aquas bonas. ¶ Itē Raſis. 12. ꝯtinētis. ſ; ꝯfert cautele hoꝝ mēbroꝝ cura facta eis cum ſale nitro: ꝛ alio toto qđ deſiccat: ſicut aqua maris ꝛ aqua balnei nãlis: qm̄ magni iuuamenti ſunt in hac paſſione.

¶ De ſciatica cum infectione cutis aſſaphati et puſtulis faciei. Conſilium. XCIII.



Iſte nobilis adoleſcens erat q̄ſi annoꝝ. 20. macilētus: ꝛ vt mihi ſcribit cōplōnis flegmatice ſm nãm: ſ; in hoc ſim ambiguus. nã morbi q̄s paſſus eſt fuerūt vtplurimū melīci ia; ſunt fere viginti mēſes q; incepit p° pati dolorē capitis grauatiuum per mēſem cum dimidio eo tpe ſudauit in nocte ſudore nō vlī deficiēte in iferiorib° fetido: ꝛ colorāte camiſiam colore ſubrubeo: ꝛ octaua die penultimi mēſis Nouembris pteriti incepit pati quartanā ꝛ quaſda; puſtulas duras circa ſpatulas ꝛ ſpōdiles dorſi quãtitatis ciceris vel auellane: ꝛ tãdē poſt mēſem ſupuenit apoſtema durū in crure in pte poſteriori ꝓpe pedē durū in duas ptes diuiſum qđ medici iudicauerūt eſſe ſephyros: ꝛ ita ꝯcta ſunt mēbra pedis pcipue calcaneus q; nullo mō ꝯcde; explanare poterat. ꝛ poſtea paſſus eſt febres diuerſas: q̄nq; cōtinuas: q̄nq; interpolatas: ꝛ adhibita diligēti cura mediçoꝝ: tñ euacuabant̄ flegmata: ꝛ in menſe Martij paſſus eſt dolorē vehemētē pmo in gena dextra ꝛ oculo ꝛ aure cu; alienatione. poſtea in ſiniſtra gena facta fuit exitura apta: ꝛ curata. remanēte tñ febre a qua fuit mūdatus de mēſe Aprilis: ꝛ cu; in eſtate ſequēti per iterualla diuerſa gnque vel octo vel ſili; dieꝝ in mēſe Auguſti poſt vnū paroxiſmū valde acutū ſupuenerūt macule rubee parue aſpitatis occupātes totū a collo quaſi vſq; ad coxas excluſiue. ꝛ poſtea dolores q̄nq; in ſpatula ſiniſtra: q̄nq; in ſcia dextra: q̄nq; in ſiniſtra: ꝛ cu; iuiſſet ad balnea ſancte Marie obſuatis debitis ordinib° ꝛ poſitis vētoſis cum ſcarificatōe receſſerūt q̄ſi deeſſe macule a ſua intēſa rubedine ꝛ dolores: ꝛ poſt mēſe; incepit pati dolores in diuerſis mēbris qui inuadebãt de ſero: mitigabant̄ mane: ꝛ in menſe Octobris paſſus fuit exiturā in dextro crure que dum fuit apta: neq; dolores coſtaꝝ: neq; ſcie ifirmū moleſtarūt facta cura: ꝛ cō ſolidato vlcere: dolores ꝛ macule rediuerūt ꝛ fuerūt in maculis rubor ꝛ aſpitas ꝛ furfura: ꝛ pacificatis poſtea maculis illis in ſupiorib° partibus: alie ſupuenerūt in iferiorib°. nūc vo macule quaſi euanuerūt: ſed moleſtat̄ a dolore ſciatico ſiniſtro: ꝛ ſupueniūt furunculi in diuerſis ptibus corpis ꝛ bothor plurime in ptibus faciei: pcipue inter labiu; ꝛ naſum: ꝛ ifirmus ſentit multū deſcēſum materierū a capite. ¶ Hec ſunt que mihi ſcribūtur per venerabilē doctorē magr̄m Aug^m de Santucijs de Urbino: ꝛ petit̄ ꝯſilium vtru; ſibi conueniūt balnea precipue paduana.

¶ In h adoleſcēte pro nūc vī mihi attēdēdū ad ſciaticā ſiniſtri lateris quã puto pēdere ab humore mixto ex flegmate ꝛ melīa: q2 diu durauit: ꝛ q2 iſti humores viſi ſunt dñari in multis ſuis morbis ꝛ ad aſſaphati q; fuit ita ꝯtinue: ꝛ ad puſtulas faciei. nã de illo ſephyros hñt ipſi ꝯſilium in regimine rerū nō nãliu; pro vno qui paſſus fuit ſilē; egritudinē: nec mihi cadit in dubiū in illis dolorib° nō parū mãei catarralis a capite fuiſſe cōicatū: ꝛ ſi bene examinent̄ morbi qui fuerūt in eo: ꝛ qui de facto ſunt videbit̄ q; aut ex malo regimine: aut ex diuerſitate cōplōnū nãliū in ſuis mēbris multiplicant̄ humores mali nō vni° modi: ſed de ſpecie flegmatis: ꝛ de ſpecie melīe: ꝛ de ſpecie cholere rubee gbus etiã ſanguis ifirmat̄: ꝛ fit multotiēs nō nãlis: ꝛ op; ſtudium ta; in regimine q̄ in cura adhibē ad ꝓcurãdū q; fiat digeſtio bona cum cibis tēperatis: ꝛ q; gñet̄ ſanguis tēperatus: ꝛ ex rebus que paucas generãt ſupfluitates ad bonū ſenſu;: ꝛ hoc nō ſolū de regimine ſtomachi: aut etiã epatis: ſed venaꝝ: ꝛ q; minorētur ꝛ eradicētur illi qui iam peccãt de iſtis gñationibus. hñdo igit̄ quaſi quoddã ꝯiecturatiuū iudiciū in quo debēt ꝓualere pñtes medici: q2 certa q̄ñtitas: nec calamo ſcribi: nec lingua ꝓferri pōt: ſed vidēdo: ꝛ alia ſigna pcipiendo pōt medicus ad illa; prope accedere. faciã igitur illud inuocato diuino auxilio.

¶ Op; q; habitet in aere tēperato tã in actiuis q̄ in paſſiuis. ſi tñ peccet meli° eſt q; peccet in parua humiditate ꝛ parua frigiditate. ꝛ ex h p; qualis d; eē camera ſue habitationis: ꝛ ſit aer clarus ſubtilis abſq; malo odore: ꝛ mūdētur pãni ſui ſepe: ꝛ ſepe ingrediat̄ balneū leuiſſime ibi ſudãdo: pcipue in aqua calida: ꝛ ſi eēt aqua decoctionis bletaꝝ: ꝛ violarie: ꝛ malue: ꝛ ordei eēt melius: ꝛ lauet̄ celeriter ꝛ egrediat̄. ꝛ hoc de mane ieiuno ſtomacho.

¶ Exerceri d; ſuaui exercitio ambulatiōis vel exercitio mouēdi bracchia: ꝛ man°. ita tñ q; nō doleat multū: neq; pedē: neq; locū ſcie. ꝛ ideo ſi op; ad ꝓhibēdu; dolorē egtet gradatim. ꝛ hoc in locis delectabilib° tēperati aeris.

¶ In cibis vo op; q; in q̄titate tãtū ſumat q; hñ digerat̄ ꝛ in q̄litate ſint tēpati. declinãtes tñ ad humidū boni nutrimēti paucaꝝ ſupfluitatū facilis digōnis. ꝛ ideo panes habeat ex puro ꝛ optimo frumēto anni ſui: ꝛ ſit mūdus a furfure hñ piſtus ꝯueniēter fermētat° ꝛ coctus hñs aliquid parū ſalis iter p^am ꝛ 4^am diem mūdus a cortice duro exteriori. ¶ Et carnes ſint pulloꝝ aut caponū mediocriter iuuenū ꝛ hedoꝝ lactētiū ꝛ vituloꝝ lactētiū paruorū: ꝛ tolerãtur caſtrati annuales de mōte: ꝛ pdicū ꝛ faſianoꝝ iuuenilīū: ꝛ auicularꝝ que ſtant in ſepib° ꝛ pratis exceptis paſſerib°: ꝛ merulo ꝛ turdo ꝛ colūbis ꝛ qualleis: ꝛ vitet oēs alias carnes a predictis: ꝛ aues aquaticas: ꝛ carnes ſalitas: ꝛ pcipue leporē ꝛ ceruum: ꝛ d; ſumere de pte que eſt a medio verſus caput: ꝛ dimittē iteriora: ꝛ capita ꝛ colla

⁊ colla ⁊ debēt esse elixe potius ꝙ̄ asse. ¶ Caseus ⁊ lac ⁊ sanguis melius est ꝙ vitent̄ oībus cōpēsatis. ¶ Vitelli ouoꝝ gallinaꝝ recētiuꝫ ⁊ paꝝ cocti sunt ꝯuenientes sine aliqua mixtura. ¶ De granis pōt cape fercula ex ordeo fracto ⁊ farre ⁊ farina eoꝝ: sꝫ tñ reliq̄ grana dimittat tā legumina ꝙ̄ cerealia. ¶ De herbis pōt vti boragine buglossa ⁊ spinachys ⁊ in estate lactuca ⁊ endiuia ⁊ cicorea. Sꝫ caules ⁊ blitas ⁊ herbas acuti saporis vel amari dimittat penit⁹. ¶ De radicib⁹ meli⁹ eēt ꝙ nō comederet̄ sicut rape ⁊ napones ⁊ raffani ⁊ pastinacha: ⁊ siles: silr̄ ēt cepe ⁊ allia ⁊ porri ⁊ silia. ¶ De fructib⁹ pōt comedere amigdalas cuꝫ çucharo: ⁊ de humidis in pua quātitate pruna valde matura añ cibū ⁊ paruā q̄titatē melonuꝫ ⁊ piroꝝ coctoꝝ post cibū: ⁊ aliq̄d de vuis bñ maturis: ⁊ ēt siccis ⁊ de pineis ṗus ifusis in aq̄ calida p horā: ⁊ postea exiccatis: ficus sunt vitāde sicce ⁊ recētes ⁊ gn̄alr̄ alij fructus meli⁹ est ꝙ dimittant̄: aut sumat̄ eoꝝ pua quātitas nisi poma granata muça ⁊ ēt dulcia. ¶ De piscib⁹ comedant̄ pui squamosi ⁊ boni odoris ⁊ saporis: ⁊ reliq̄ dimittant̄. ¶ Aromata ⁊ grana acuta: sicut anisuꝫ ⁊ feniculuꝫ sunt dimittēda nisi in tēporib⁹ fridis vteret̄ pauco cinamomo ⁊ croco. ¶ Uniuersalr̄ caueat a reb⁹ hñtib⁹ acutuꝫ saporē ⁊ amaꝝ salsuꝫ acetosuꝫ ⁊ nimis dulcem.

¶ In potu sumat vinū claꝝ medie vinositatis rubeuꝫ tēperatū bñ cū aqua: ⁊ sit q̄titas ꝓportionabilis cibo.

¶ Dormiat in nocte ⁊ nō de die capite bñ eleuato ⁊ corpe bñ coopto: ⁊ icipiat somnū duab⁹ horis post cenā ⁊ q̄titas sit. vij. vel. viij. horaꝝ inter diē ⁊ noctē: ⁊ si dormit de die melius est ꝙ sit in mane ante tertias.

¶ In hac dispōne ṗcipue ꝯfert bñ hr̄e bñficiū vētris sel' vel bis in die: ⁊ si nā nō adiuuat iuuet̄ cū clisteri cōi: aut cū succo rosaꝝ expsso de rosis rubeis. Aut dū inenit̄ bibēdo ī mane lib. i. seri capni: vl̄ cōedēdo fercula ex mercuriali vl̄ malua: ⁊ oīo faciat ꝙ oī die hēat bñficiū vētr̄.

¶ Iste adolescens custodiendus est ab omni supfluitate accidentiū añie. Et hoc de regimine.

Ueniendo ad medicinalia vꝫ mihi ꝙ mō in tpe veris oꝫ si nō fecit facere purgatiōem h̄ mō sumēdo ṗus syr. sex vicib⁹. ℞. syru. ī fumoterre: syr. ī epithimo. añ. ℥. vi. syr. violati. ℥. s. aq̄ buglosse. ℥. ij. clarifica ⁊ est syrup⁹ p vna vice: sumat sex vicib⁹ in aurora. ¶ Sūpto syrupo purget̄ cū hac medicia. ℞. pulpe collogntide. ℈. i. coquat̄ cū. ℥. vi. aq̄ decoctiōis passularū ligata in petia bullitione vna: postea colet̄ ⁊ in colatura addat̄ iera de octo reb⁹. ℥. ij. pulueris agarici optimi. ℥. i. salis gēme. ℈. i. ⁊ bibat̄ cal'a ⁊ colet̄: ꝙ bñ retineat̄: ita ꝙ bonū est supdormire p duas horas: ita ꝙ si postea superueniat vomit⁹ vomat secure: ⁊ regat̄ hac die regimie capiētiū medicias solutiuas. Si tñ videt̄ pñti medico opportunū minuat̄ de dosi: ⁊ si nō vellet cape nisi pill'as capiat istas. ℞. pillaꝝ de ieralogodiōn: pillaꝝ de fumoterre: pillulaꝝ indaꝝ. añ. ℈. i. reficiant̄ cum aq̄ buglosse. ¶ Et si vꝫ pñti medico post assumptōeꝫ medicine p q̄tuor dies flobothomet̄ de vena basilica vel saltē de cōi si nocumētuꝫ faciei sit multū f̄m tolerātiā infirmi: ⁊ post alios 4or dies apponant̄ sanguisuge de electis ⁊ ṗparatis iuxta doctrinā Aui. due circa faciē vel. iiij. ꝓpe loca magis lesa ⁊ aliq̄ circa alia loca. vbi magis apparēt ille defedationes rubee f̄m ꝙ indicat pñs medic⁹ infirmū posse tolerare.

¶ Postremo v̄o opꝫ ꝙ in tota estate ⁊ autūno pseueret ex iteruallis duoꝝ vel triū vel q̄tuor dieꝝ in purgatōib⁹ leuib⁹ q̄ fiāt cū aq̄ casei de capris ⁊ in aq̄ infundat̄ q̄titas magna ī lupullis: ⁊ coquat̄ ista mediocrit̄: ⁊ sit tanta q̄titas solutiui ꝙ bis aut ter ducat: aut si ista nō iuēiret ponat in aqua lactis mirabolanoꝝ indoꝝ ⁊ citrinoꝝ. añ. ℥. ij. per vnum diem naturaleꝫ: postea coletur ⁊ bibatur.

¶ Itē vꝫ mihi vtile pro illa sua sciatica ꝙ post purgationeꝫ faciat clisteria hoc modo saltē tria vel q̄tuor. ℞. matersylue nepitelle. añ. M. i. bulliāt in vino albo odorifero ⁊ potēti sufficienti q̄titate: ⁊ ex eo fiat clistere sine adiuncto. Et si ista nō sufficiāt fiāt clisteria fortiora. s. cum decoctōe ṗdictaꝝ herbaꝝ addat̄ collogntide in pāno ligate. ℥. i. ad bulliēdū ⁊ cētauree mino. M. i. colet̄ ⁊ addatur ieralogodion. ℥. ij. olei anhetini. ℥. ij. salis gemme. ℥. i.

¶ Et si pseuerādo in clisterijs nō curat̄ opꝫ ꝙ apponat̄ anche ruptoriū hoc mō factū. ℞. emplr̄i de synapi descripti a Mesue in antidotario. ℥. iij. cantaridaꝝ ablatis capitib⁹: ⁊ alis. ℥. iij. apponat̄ sup tota ancha quousq̄ faciat vesicas q̄ aperiant̄ ⁊ teneat̄ apte p. xv. dies. ¶ Si v̄o h̄ nō sufficēt opꝫ ꝙ fiat cauteriū ex pte syluestri sub genu sinistro h̄ mō. ℞. de cortice radicis illi⁹ plāte que vocat̄ vulgariter vitis alba: ⁊ nascit̄ in sepib⁹: ⁊ facit flores q̄si lanuginē: sꝫ nō est brionia: aut fessera: imo q̄dā vocāt flamulā: sꝫ nō credā ꝙ sit illa: ⁊ nō sit ille cortex sicc⁹: sꝫ ille viridior q̄ est iuxta lignū ⁊ abradant̄ cū cultello: ita ꝙ recipiat̄ de eo q̄titas ad modū magni ciceris: q̄n est bñ cōstricta ⁊ cōglobata: ⁊ pōat̄ sup dicto loco ⁊ teneat̄ stricta cū fascia: ⁊ inouet̄ oī die sel' q̄usq̄ faciat vesicā: ⁊ tūc aperiat̄ vesica: ⁊ recipiat̄ ramus sambuci: q̄ sit siccat⁹ sup arbore sua: ⁊ ī medulla ouis tāta ps ꝙ ꝯstricta cū dētibus fiat ad modū denarij: ⁊ alliget̄ sup loco vbi fuit vesica: ⁊ inouet̄ oī die sel': ita ꝙ teneat̄ aptū cauteriū ad min⁹ mēse vno. nā credo ꝙ cū istis modis sciatica remouebit̄.

¶ Sed pro illa infectōe cutis balneet̄ frequēter post purgatōes sedēdo cū psona in aq̄ decoctōis malue ⁊ radicuꝫ maluauisci ⁊ violarie ⁊ blite ⁊ maneat ibi nō multo tpe: ⁊ bñ lauet̄: ⁊ postq̄ octo dieb⁹ vsus fuerit hꝫ balneo: ⁊ si nō suffecerit ei radat̄ totū corp⁹ ⁊ lauet̄ oī die ieiuno stomacho in tina cū liscinio cōi in quo postea decoquantur maluauiscus fenugrecū blete melliloti fum⁹terre q̄titate opportūa: ⁊ post ebullitōeꝫ cū egredit̄ a balneo qescat parūper in lecto: ⁊ tūc iungat̄ cū hꝫ vnguēto. ℞. cere albe adipis galline ⁊ adipis porcie recētis misce ⁊ fiat vnguentū. ¶ Et si h̄ nō sufficit in octo dieb⁹ siccent̄ mora matura: ⁊ fiat puluis ex eis: ⁊ cōmisceat̄ cū liscinio ⁊ abluat̄ loc⁹ cū illo. ¶ Et si h̄ nō suffecerit fricet̄ locus cuꝫ mātili aspero forti fricatiōe ⁊ madefacto in liscinio in q̄ sit dissolutū aliq̄d de alumie fecū: ita vt effluat sanguis: ⁊ postea iungat̄ loc⁹ cū vnguēto supradicto q̄usq̄ cutis appareat sana: ꝙ si pur vꝫ rubere post fricatōeꝫ cū alumie dimittat̄ iunctio cū pinguedib⁹: ⁊ fricet̄ loc⁹ cū aq̄ ⁊ aceto ī coctōis rosaꝝ siccaꝝ plātagis ⁊ floꝝ camomille: aut supponat̄ petia ifusa in hꝫ decoctōe. ¶ Facies aūt eius oꝫ lauari oī mane cū decoctōe scabiose ⁊ fumiterre: aut cū decoctōe folioꝝ fraxini in aq̄ ⁊ aceto: vl̄ cū decoctiōe plātagis: ⁊ in nocte q̄n vadit dormitū fricet loca pustularuꝫ cū melle ⁊ aceto: ⁊ si h̄ nō sufficit supponat̄ loco illo emplꝫ h̄ mō factū. ℞. gūmi granoꝝ viridiū: aut terbentine lote: ⁊ misce cū illis aluminib⁹ plume q̄ntā ptē ei⁹: ⁊ fiat emplꝫ: ⁊ ponat̄ sup eis. ¶ Et si viderent̄ esse dure ⁊ antiq̄: tūc liniat̄ loc⁹ cū isto vnguēto. ℞. sapōis albi. ℥. s. armo. ℥. ij. thuris. ℥. i. distēpera sil' in mortario ⁊ iungatur loc⁹ p vnā horā: ⁊ postea lauet̄ cuꝫ aq̄ cal'a: ⁊ iteret̄ multotiēs in die. ¶ Et si ille pustule q̄ sūt itra nasuꝫ ⁊ os sint cū re alba in medio: q̄si sit punctū lactis: ⁊ sit int⁹ virulētia. Opꝫ ṗ ꝙ lauet̄ loc⁹ cū aceto ⁊ aq̄ decoctōis ficuū siccaꝝ pinguiū ⁊ salis nitri: aut cū aq̄ pluuiali decoctōis lupinoꝝ vsq̄ ad eoꝝ dissolutōeꝫ: ⁊ hec est lotio bona q̄ frequētet̄. post lotionem v̄o de nocte teneat̄ super loco hꝫ emplastrū. ℞. salis nitri nigelle. añ. ℥. i. medulle ficuum

siccaꝝ pinguiū.ʒ.iiij.pistent᷑ optime simul in mortario ꝛ addat᷑ aceti q̄tū sufficit:pistādo simul ad faciēdum in formā vnguēti:ꝛ cū isto inungat᷑ de nocte ꝛ abluat᷑ in die nisi in die vellet stare in domo quousq̄ pustule eradicētur. ¶ Et qꝛ cura catarri:precipue frigidi est satis nota ꝛ ꝑter purgatōes dictas supius iuuat᷑ cū masticatorijs gargarismis ꝛ caputpurgijs deponētib⁹ flegma:ꝛ cū sacculis cōfortātib⁹ cerebrū nō multū calefaciētib⁹:sed exiccātibus in hac re nō multū me extēdo. ¶ Silr̄ ēt de localibus apponēdis sup illo sephyros nō curo: qꝛ res nota ē. Et pro nūc huic cōsilio finē facio. Amē.

¶ De dolore sciatico. Consiliuꝫ. XCIIII.

Hic iuuenis Brixiensis egrotat egritudie forti ꝛ difficilis curatōis:eo qꝛ chronica est ꝛ mltū fixa:ꝛ iterū qꝛ est egritudo ei disproportōalis rōne etatis ꝛ cōplexionis q̄ est sanguinea ꝛ cholica a generatiōe extitit. Que egritudo siue accidēs appellare libet est sciatica ꝓueniēs a mala cōplexione frida ꝛ hūida ptiū anche ꝛ scie cū multa repletōe a mā flatica grossa ꝛ viscosa ptib⁹ ꝑdictis imersa: que qdē si absq̄ debita curatiōe ꝑtrāsibit ꝑducet ipꝫ ad açehema:ꝛ est ꝑuatio motus ꝓgressiui.zz.tertij.ca⁹ de causis doloꝝ iuncturaruꝫ. ¶ In cui⁹ qdē dispōnis regimie vti oꝫ mēsura reruꝫ nō nāliuꝫ oīno:ꝛ ꝓpe sicut inscribit᷑ in nobili viro Thadeo de Baido:qḋ qdeꝫ regimē hic accōmodari oꝫ.

Pro regimine vo medicinaliū intētionū q̄ citi⁹ pōt ad curā ꝓcedat hoc mō. ¶ Prio qdē añ.xxv.diē istātis mēsis flobothomet᷑ de sciatica sani pedis q̄ posita est in domestica pte pedis v̄sus calcaneū:ꝛ extrahant᷑ sanguis.ʒ.v.vel.vi.ꝫm tenorem v̄tutis a sapiēte viro libratū. ¶ Post flōmiā vo sequēti die euacuet᷑ cū istis pillis sup qbus nō comedat nisi post sex horas accipiēdo cyatū vnū aque çucchari ꝑ horā añ cibū.sunt autē pille hec. ℞.pillaꝝ de sarcocolla maioꝝ ʒ.s.pillaꝝ de hermodactylis.℈.ij. fiant pillule.vij.cum elio de succo rosaꝝ. ¶ Facta purgatōe sequēti die incipiat assumere hoc digestiuū calidū in aurora: ꝛ cōtinuet ipsum per vnā totā septimanā. ℞.sy. de calamēto.ʒ.i.s. aque iris.ʒ.iij.misce. ¶ Sūpto syrupo purget᷑ iteꝝ cuꝫ ista medicina. ℞.diaturbith cum reubarbaro.ʒ.v.boni ponderis:aut cuꝫ istis pillis. ℞.pillaꝝ de sarcocolla.℈.iiij.fiant pille.ix. ꝛ accipiātur vt supra ꝛ obseruent᷑ post eas oia que de dictis pillis dicta sunt. ¶ Facta euacuatione eradicatiua superponat᷑ eidē hoc cerotū sup sciā:ꝛ portet᷑ vsquequo ibidē eruptionē faciat ꝑ quā ꝯuenienter cōsumātur māe in pixide anche ꝛ ptib⁹ vicinis imerse. Est aūt cerotū hoc. ℞.euphorbij.ʒ.i.calamēti cōbusti.ʒ.ij.auripigmēti calcis viue.añ.ʒ.iij. incorporent᷑ oia cuꝫ sapone nigro ꝛ diaquilone ꝛ apponat᷑ vt supra. Cuꝫ aūt eruptio facta fuerit per vnū mensēꝫ curet᷑ cuꝫ vnguento egyptiaco. Si autē mordicationē ex ipso ꝑciperet cōmisceatur vnguentuꝫ egyptiacū cum vnguento basilicone ante:ꝛ curetur vt supra. ¶ Consulo etiā ꝙ diebus intermedijs purgationū: ꝛ semp post illos vtat᷑ istis pillulis: de qbus accipiat.i.vel.ij.paꝝ ante cenā ad ꝯseruandam ventris lubricitatē ꝛ efficiēdaꝫ ꝯsumptionē reliquie materieruꝫ.sunt aūt pillule iste. ℞.aloes epatici.ʒ.ij.masticis croci.añ.℈.s.diagridij.gra.vij.infundantur in succo ireos ꝛ exponātur soli vsq̄ ad ꝯsumptionē succi. deinde forment᷑ ex eo pillule:ꝛ accipiātur vt supra. ¶ Si auteꝫ dolor extenderet᷑ per coxam ꝛ tibiam ꝛ per anchas ꝛ si molestus esset vnguātur ptes predicte oi die bis ex istis oleis. ℞.olei de piretro olei de croco.añ.ʒ.i.olei vulpini ʒ.ij.croci.℈.s.misce omnia:ꝛ fiat ex eis: sicut dictuꝫ est. Et ista puto cum dei laude sibi sufficere.

¶ De dolore ꝛ tumore genuū. Cōsiliuꝫ. XCV

Iste magnificus dn̄s passus est a qnque annis citra dolores ꝛ tumores in genib⁹: ita tn̄ ꝙ in alijs iūcturis nō est passus:ꝛ sūt tumores ptiꝫ gipsei: ptiꝫ mixti ex flate ꝛ vētositate:q̄si spōgiosi. Et nerui ꝛ chorde sub genu exn̄tes sūt grossiores ꝛ duriores debito:ꝛ cū h̄ nō sunt tā obediētes flexioni:sic oꝫ:ꝛ qn̄q̄ꝫ exacerbāt᷑ isti dolores:ꝛ fit tumor magn⁹: sed nūq̄ redeūt oio ad sanitatē:in sinistro tn̄ melius hꝫ:ꝛ est iuuenis mediocris habitudis poti⁹ ad flaticuꝫ q̄ ad aliā cōplexionē:paꝝ tn̄ decliuis: ꝛ lꝫ pro nūc satis mediocriter ꝫm casuꝫ trāseat: tn̄ dabo ꝯsiliū pro cura ei⁹ qḋ est si possibilis fuerit. ꝛ pro ꝯseruatōe a d̄teriori. ¶ Altissimū aūt inuoco datorē auxilij ꝛ sanitatis: qꝛ ipse solus est: q sanat langores ꝛ incipiā a regimie reꝝ nō nāliuꝫ qḋ ꝯstat oportere declinare ad calidum ꝛ siccū parūper.

¶ Primo ergo oꝫ habitare loca ꝛ regiones siccas nō vallosas nō stagnales:nec tn̄ nimiū altas: ꝛ per hec vētosas ꝛ frigidas:ꝛ oꝫ cauere a vētis oībus ꝛ a nimio excessu in calore ꝛ frigore:ꝛ maxime tamē a frigore: ꝛ cameraꝫ oꝫ hr̄e inter duo solaria apertā versus oriens:ꝛ oꝫ ꝑmittere in mane radios solis itrare per horā:qn̄ sol est qui rectificat aerē. ¶ Et oꝫ cauere ne habeat malos vapores latrinaꝝ vl̄ alioꝝ locoꝝ humidoꝝ ꝛ putridoꝝ:ꝛ in hyeme temperet᷑ cum igne de lignis siccis nō putridis: in estate aūt debet eam euentare :ꝛ cuꝫ valde excessiui calores oꝫ ponere herbas ꝛ ramos frigidos.

¶ In exercitio aūt oꝫ eū caute ꝓcedere.nā nullo mō ꝯuenit ei oīmoda qes:ꝫ exercitiū in quo fatiget᷑ ꝛ doleat est oio vitādū. ¶ Et qꝛ res ꝯsuete min⁹ molestāt oꝫ ipꝫ paulatiꝫ assuefieri ad ambulādū satis:ꝛ ꝓcipue qn̄ nō dolet: ꝛ silr̄ ad equitādū:ꝫ vt dixi paulatim ꝑmo faciēdo modicum exercitiū.deinde paꝝ plus ꝛ paulatiꝫ addat in eo quousq̄ veniat ad exercitia sanoꝝ. nā ei⁹ facultatis est: vt qn̄q̄ꝫ sit ei necessariuꝫ trāscēdere exercitia moderata ꝛ facere fortissima:ꝫ tn̄ nisi cogat necītas non faciat cuꝫ dolore:ꝫ illū vitet q̄tū pōt:ꝛ qn̄ dolet nimis pōt facere se deferri:aut in curriculo:aut ī nauicula:aut alio mō nō doloroso:ꝛ vitet ociū ꝛ nimiā qetē. ¶ Et ꝯueniētior hora exercitij ē in mane ieiuno stōcho: aut cū digessit cibū de sero añ cenā:ꝛ man⁹ ꝛ supiores ptes:sūt ēt forti⁹ exercende malleādo vl̄ iaculādo vel icidēdo aliqd:ꝛ nitat᷑ si pōt ꝙ h̄ sit post vētris bn̄ficiuꝫ. ¶ Et fricare fortiter loca dolorosa nocet. fricatio aūt lenis iuuat.

¶ Somnus eius oꝫ esse in nocte ꝯtinuus si pōt incipiēdo saltē trib⁹ horis post cenā:aut ad min⁹ duab⁹: ꝛ sit in camera boni aeris suprascripti corpe bn̄ coopto sup altero lateꝝ nō resupine:ꝛ qꝛ caput hꝫ catarrizās oꝫ esse capite bn̄ eleuato: ꝛ sufficit in diē naturali quātitas.vi.vel.vij. horaꝝ:ꝛ nō dormiat post prādiuꝫ:sed si in nocte sufficiēter nō dormit restauret in mane ante tertias: ꝛ nullo mō dormiat in loco frido vel humido vel in lumine lune vel in radio solis:aut post cibum.

¶ Et vitet irā tristitiā rixam sollicitudinē tumorē siue furorem ꝛ coitum quātum potest.

¶ Cibus ei⁹ sit panis ex optio frumēto anno sui cui nullū aduenit nocumētū:ꝛ bene pistus ꝛ bene coct⁹ ꝛ bene fermentatus:ꝛ bn̄s aliqd salis cōmixtū:ꝛ vitet panē d̄ alijs granis ꝛ nimis duꝝ ꝛ açimū ꝛ nō itegre coctū: ꝛ mūdet᷑ a cortice exteriori:ꝛ nō comedat᷑ cū a furno egredit᷑ donec calor suus recesserit: ꝛ bn̄ effumauerit. ¶ Et carnes sibi cōuenientiores sunt carnes auiuꝫ ꝛ aīalium paucarū superfluitatum:sicut pulloꝝ nutritoꝝ libere ꝛ caponum ꝛ

